I mundus o 3/4 hanc annunciationem o zu 4 über intromittat steht aperiat
 ianuam et fenestras zu 6 über maxima steht maiestate plenissima 8 num o 13 per
 cognitionem o 18 vitam o 19 victor his peccati o 20 nos o zu 21 über ut
 vos sciatis steht quin per spiritum sanctum annunciemus vobis

verbo hoc vitae in carne vivimus. Eo autem maior est haec miseria nostra, quod ita in mortem sumus mersi, ut ne cognoscamus quidem vitam. Quare missam dicit vitam esse et manifestatam, ut primum agnosceremus nos sub morte et peccato captivos
 25 teneri et esse sub principe tenebrarum, deinde confugeremus ad hanc vitam nobis ideo manifestatam, ut viveremus. Vides autem, quomodo incito attentos faciat auditores et verbis simplicissimis maximas res plenissima maiestate complectatur, quas frigidus aliquis lector verborum vilitate motus non hic quaereret. At cordatus lector . . .

607, 17 — 609, 7 ‘Et vidimus et testamur et annunciamus vobis vitam aeternam.’ Vidi-
 30 mus scilicet, cum victor mortis tertia die resurrexisset in novam et aeternam vitam. Quare

p] in morte nec habuerunt vitam. Christus autem est verbum vitae et ipsa vita, qui dedit nobis vitam. Per se Christus tam potens est vita, ut sit potentior morte et principe mortis.

‘Vidimus et testamur.’ Haec vita manifestata, quando Christus resurrexit. Declaratus est Christus ‘Filius Dei cum potentia’ Ro. 1. Ideo quia
 35 haec vidimus, quia nobis revelata est, cupimus et vobis per verbum revelare, ut et vos credatis. Hoc agunt Apostoli omnibus viribus, ut perducant om-

3] Sic sancti apostoli non sunt contenti se salvos sed agunt, ut nos trahant, 5
 31. 116, 10 ut participes fiamus eorum salutis. Sic etiam Christianus. 'Credidi' psalmus.
 Soli resistunt, qui sunt pertinaces sapientia, afflicti moribundi autem illi
 omni gaudio recipiunt et illis mittitur.

'Annunciamus'. Exponit seipsum, quae sit illa vita: talis scilicet, quae 5
 amplius non moritur. 'In ipso vita' Ioan. 1. Potentissimus tyrannus est
 1. Cor. 15, 26 mors, novissimus hostis, ut Paulus 1. Cor. 15. Satan gloriatur se posse
 occidere, peccata multiplicare, perterrefacere, ut hic vides, cum adhuc nihil
 sit de peste¹, sed vix interne, ut non audeamus congregari et omittere opera
 charitatis. Haec sunt opera diaboli. Est opus Satanae: sedet in angulo et 10
 ridet nostram infirmitatem et suam potentiam, quod deicit in peccata, scor-
 tationem de fide, de spe. Haec sua arma, opera, studia experimur ipsi et tamen
 non credimus opera ipsius Satanae. Magno consilio ista operatur, non for-
 tuitu fiunt, ut nos putamus. Ideo Christiani est semper esse in timore
 coram domino, ut oremus, ut dominus non relinquat nos indignatione in- 15
 estimabili in ipsius potestate. Dominus est exercituum, pugnat fortiter, ut
 1. Petri 5, 6 Petrus c. 5. Sic deus est dominus x. Ergo misericordiae divinae est, quod
 non desperamus, alioquin statim caderemus in mortem, pestem. Nos, inquit

6 Ioan. 1. o 7 novissimus hostis o 13/14 non fortuita *bis* putamus o 15 ut
 oremus *und* nos o indignatione inestimabili o

¹) Ähnlich urtheilt Luther über diese Pest im Brief an Spalatin vom 19. August
 und an Hausmann vom 20. August (de Wette 3, 191. 193).

testamur quoque et annunciamus vobis vitam hanc. Neque enim contenti sunt apo-
 stoli, si ipsi salvi fiant, sed hoc agunt, ut nos quoque participes fiamus salutis. Qui 20
 igitur afflicti sunt et sentiunt peccata sua, cum cum gaudio hanc doctrinam accipiunt, reliqui
 negligunt. Diserte autem addit 'vitam aeternam', quae scilicet non amplius extinguitur.
 Facit autem hoc ad nos consolandos. Sciris enim mortem esse potentissimum tyrannum et
 1. Cor. 15, 26 novissimum hostem Christi 1. Cor. 15. Tum Sathan gloriatur, quod possit occidere, peccata
 multiplicare, perterrefacere metu mortis, (sicut iam nobiscum facit) deicere de spe, de fide x. 25
 Haec sunt arma et studia maligni, quibus nos assidue circumvenit. Contra haec mala,

p] nes ad eandem cognitionem, non contenti, quod ipsi sciant et viderint. Ita
 omnes Christiani dum credunt, loquuntur 'Credidi, propterea locutus sum',
 31. 116, 10 psal. 116.

'Et annuntiamus vobis vitam aeternam'. Exponit, qualis sit vita, 30
 quippe quae amplius non moritur. Diabolus gloriatur sese posse occidere,
 posse peccata multiplicare, imo facere peccatum, quod peccatum non est, et
 pavefacere corda hominum. Gloriatur de potentia mortis, item quod ille
 ruit in peccatum, hic in blasphemiam, quod deicitur de fide, spe x. Contra
 Christiani est esse semper in timore Domini, semper orare, ut defendat et 35
 31. 34, 8 castra metetur in circuitu timentium. Diabolus etiam castra metatur cum
 1. Petri 5, 8 exercitu suo, ut Petrus dicit 1. ep. 5. Si Deus retrahat manum, mox in-

3] Iohannes, habemus vitam veram: Christum, quem docemus. Est potentior morte, plus habet iustitiae armorum, plus vitae quam ille peccati, mortis. Ideo 'angelis praeceptum', castrametabitur circa nos. Angelis suis mandavit de te etc. Hoc dico ad praedicandam illam vitam, quae est infinita, quam mors et diabolus non possunt occidere, quia Christus non potest occidi amplius, Ro. 6. Hoc facit nos agnoscere, ut sciamus eum esse vitam. Contra Roman. 6, 9 tra eam potest nos tentare Satan, sed praevalere non potest.

'Quae erat apud patrem' in coelis, dum nondum esset incarnatus, 1, 2 aperuit nobis per incarnationem: verbum caro factum. Pulchra praefatio: 10 'Quod vidimus et andivimus'. Repetit quod in principio dixit, quasi dicat: 1, 3 nos audacter praedicamus, quia audivimus, vidimus, certi sumus, ergo eruegt euch mit ganzem Herzen drauff: quia vidimus, contrectavimus. Non ut monachi, qui habent voluntarias religiones, quas ipsi voluntate hominum elegerunt, quae nihil valent, quae sunt damnatae. Dat rationem Paulus: 15 'quae neque', weis nicht was er redt. Si quaeritur 'unde habes?' ita mihi Col. 2, 18 videtur. Et post ex praeceptis faciunt consilia. Quid curat Satan, qui est mortis dominus et auctor peccati, quod ieiunas, gestas nigram cappam, quod sis virgo superbus et immodicus. Sub Rhomano regno erant Vestales tam sanctae etc. Contra principem mundi: habet iram dei, quam timemus, pro se. 20 Ad deiiciendam nostram miseriam, infidelitatem gehört aliquid aliud quam nostra iusticia. Inculcat pavorem et infirmitatem animis nostris et iram

2 plus vitae o	mortis o	3 praeceptum o	circa nos o	7 nos o	Satan o
8 apud patrem r/h	9 nobis o	10 Quod bis audivimus o	11 audivimus vidimus o		
12 (wagt euch drauff) quia	13 religiones o	hominum o	14 Pau o	19 pro se o	

dicat Iohannes, nos habemus vitam aeternam, et Christus, quem docemus, est potentior morte plusque vitae quam Satan mortis, plus iustitiae quam Satan peccatorum habet. Haec scire necessarium est. Oportet enim Christianos tanquam milites in acie instructos esse talibus 25 sentiis contra tela diaboli.

p] idimus in omne malum. Breviter, plus habet Christus armorum iustitiae quam Satan iniquitatis, plus vitae quam ille mortis.

'Et manifestata est vita', quae erat abscondita in Patre in coelis ante 1, 2 conditum mundum. Hanc vobis nos audacter praedicamus, tantum vos eredatis. Quod vero tam audacter praedicamus, facit, quia sumus nimis certi.

'Quod vidimus et andivimus.' Repetit quod supra dicit. Non finimus 1, 3 nos illas voluntarias religiones, quae hominum voluntate sunt allatae, quas ipse neque vidit neque andivit. Ideo deserendae et conculcandae sunt istae religiones. Quid Diabolus auctor mortis curabit tuam Griseum cucullam, 35 quid tuam immundam virginitatem? Habuit et sub Romanorum imperio virgines, quia Satan habet iram Dei pro se contra te. Seit enim, quod omne peccatum displicet Deo. Inculcat pavorem animis nostris et conculcat nos.

3] dei et sic percussi ab eo timore mortis incurrunt in mortem. Nos vas
figulinum. Quod dominus deus disposuit per infirmitatem nostram vincere
robustissimum hostem, ut glorificetur ipsius divinitas, quod tam infirma vas-
2. Cor. 4, 7 [!] cula armat adversus tam potentem 2. Cor. 2. Et sic per nos triumphat in
Eph. 6, 11 Christo contra Satanam. Et Eph. 6. Quare? 5

1, 3 'Ut et vos'. Vellemus libenter vobiscum communicare istum thesaurum
inestimabilem. Non possumus aliter quam per annunciationem. Sumus
certi, quod vidimus, iam vellemus, ut vos x. Ergo quod possumus, facimus:
annunciamus vobis per verbum, ut illi credentes habeatis quod nos, licet
Joh. 20, 29 non videatis, Ioan. 20. Certe, inquit Ioannes, deum in Christi humanitate 10
non vidimus, sed credendum erat nobis esse. Id est, nobiscum vivetis in
aeternum et triumphatores eritis adversus peccatum, mortem. Et est eadem
cum illa 'ut societatem'. Sublimia verba, deus det gratiam, ut credamus et
conculcet Satanam sub pedibus nostris. Frigidus lector etiam hic transiret
et non inspiceret vocabulum 'societas'. Nonne inestimabilis gratia, quod 15
debemus gloriari nos miserrimi peccatores et sumus lutum, fex, quod idem
habemus quod Iohannes baptista, apostoli. Nihilo sunt nobis meliores fecibus
diaboli, quia est societas inter nos, inquit. Et qui audiunt verbum testi-
monii nostri, habent societatem cum nobis. Et ultra hoc cum patre x.

1 percussi ab eo o zu 2 über figulinum steht fictile zu 3 über infirma steht
vanissima 4 adversus bis Cor. 2. o zu 6/7 über communicare bis inesti: steht Magnum
est habere societatem cum apostolis, Ioh. bapt. x. zu 8 quia praeordinatis testibus x. ut
in Actis r 10 Ioan. 20. und inquit Ioannes o in bis humanitate o 12 eritis o
16 nos o et bis fex o 19 societatem o

610, 14 — 611, 7 Nam frigidus aliquis lector etiam hic transiret et non inspiceret nomen 20
'Societas'. An vero non est inaeestimabilis gratia, quod nos miserrimi peccatores, qui sumus
lutum et faex diaboli, idem habemus et possidemus, quod Iohannes Baptista, quod Apostoli
omnes habent. Sic enim dicit 'ut societatem nobiscum habeatis'. Quare qui audiunt et
accipiant verbum testimonii huius, habent societatem cum apostolis et ultra hoc cum Christo

p] Aliis certe rebus obviandum et pugnandum est quam istis stultis nostris 25
sectis et religionibus. Deus nos defendit in Christo adversus Satanam, cum
sinus infirma vascula. 'Non est nobis colluctatio adversus carnem, sed ad-
Eph. 6, 12 versus principatus et potestates', Eph. 6.

'Ut et vos societatem habeatis.' Libenter vellem vobis communicare
istum ingentem thesaurum, iam autem aliter non possum nisi verbo. Testi- 30
Joh. 13, 41 bus praeordinatis est visus et cognitus, ideo si audire et videre non potestis
illum ut nos, tamen credite et ostenditur vobis thesaurus meus.

'Et societas nostra sit cum patre'. Haec est inaeestimabilis charitas,
magna certe societas et communio. Nos vero vobis nihilo sumus meliores,
etsi viderimus, vos nihilo viliores, etiamsi non videritis, modo credatis. Sic 35

23] Petrus: Ut particeps essetis divinae naturae i. e. in Christo habemus omnia 2. Petri 1, 4
bona, quae est deus et habet deus, daß iſt verbum salutis, nostrae vitae.
Quare ergo sic iacere permisimus scripturam? Quantis vexationibus habet
unſ gematert cum sanctorum veneratione 2c. Christum iudicem fecimus,
5 Mariam et Sanctos intercessores. Hic per verbum, quod annunciat, habemus
societatem 2c. Ergo omnia frustranea priora studia peccata. 'Non tenet
caput', Coloss., fit per sese caput deserto capite et tum viciit Satan. Col. 2, 19

'Et filio eius'. Signanter exprimit filium, quia ista epistola signanter 1, 3
scribitur contra haereticos negantes Christum deum. Pater et filius habent
10 vitam aeternam, iusticiam, veritatem aeternam et omnia in se. Ex nostra
parte est mors, peccatum, desperatio. Conferamus in unum: pater et filius
communicant nobiscum et Iohannes ideo docet: venit cum verbo et facit, ac
ipse esset in morte et peccato, ut reducat 2c. Qui credit, ita cogitat: Ego
credo in Christum, verbum vitae, videbo, quid peccatum meum faciet cum
15 vita aeterna, oportet absorbeat in iusticia Christi, quae mea est, et sic
simul non solum cogitur nos illaesos relinquere, sed et triumphamus Satanam
per Christum.

'Gaudium'. Hoc quod praedicavimus vobis non contenti dixisse, sed 1, 4
etiam scribimus et signamus in papyro, ne obliviscamini. 'Ut gaudium',
20 coepit gaudium vestrum in ista cognitione cognoscentes, quod Christus est
vita vestra, quod peccatum non potest in vos, quia habetis remedium contra,
ablata est ira dei, mera est misericordia et societas, quis non gauderet

1 naturae] nŕe	2 nostrae vitae o	3 ergo o	4 unſ o	6 priora o
p[eccata] o	8 Et filio eius rh	zu 11/12 über filius bis venit steht	habet vitam, iusticiam et omnia bona, nos econtra	16 non solum bis sed et rh
				17 per Christum o

et deo patre. Sic 2. Pet. 1. 'ut particeps essetis divinae misericordiae'¹ hoc est, in Christo 2. Petri 1, 4
habetis omnia bona, quae Deus est et habet. Est ergo hoc vere verbum salutis. Quod quia
25 ante hoc saeculum negleximus, maceravimus nos inutili et abominabili veneratione sanctorum
et ex christo iudicem, ex Maria autem et sanctis intercessores fecimus. Fuerunt igitur
frustra omnia illa studia prioris vitae, quia non tenebant caput, sicut dicit Paulus 3. Coll.

¹) misericordiae] mīe [wohl verschrieben für nŕae = naturae]

p] Petrus 2. ep. 4. ait particeps nos esse divinae naturae, quia habemus omnia 2. Petri 1 [10], 4
bona, quae habet Deus. Miseros nos, qui his tam sanctis rebus neglectis
30 quaerimus alias scetas et mediatores. Per verbum, quod annuntiat, habemus
societatem cum Christo. Signanter exprimit filium, quia in Epistola
scribitur patrem et filium habere vitam, veritatem, salutem aeternam. Ex
nostra parte sunt mera peccata. Nos communicamus bonis illius, ille nostris
miseriis. Ego credo in Christum, ergo meum peccatum est in Christo.
35 'Et haec scribimus vobis, ut gaudium vestrum sit plenum.' Quibus 1, 4
modis satagimus vobis. Coepit gaudium vestrum in ista cognitione. De

2) de placato deo et communicante deo? 'Plenum.' Principium est gaudii et semiplenum, quando incipit Christianus credere, sed quando continuatur scribendo, meditando, augetur fides et fit plenum gaudium.

1, 5 21. Aug: 'Et haec est annuntiatio'. Vehementer repetit et inculcat Iohannes ferme eadem et licet simplicibus verbis, tamen res incomprehensibiles. 'Annun- 5
ciavimus' quoties, ut nos lubricos contineat in verbo audito. Vidit enim conditionem nostram: lubrici sumus, statim sinimus faren et adest Satan, qui nusquam non nos adoritur, ut necesse semper monere et verbum in das os 5
streichen. 'Quam audivimus'. Nos non solum perspeximus et. sed ipso mandante audivimus, ut omnibus modis sitis certi. Audiimus et praecepit, ut 10
annunciavimus. Repetitio et abundantia Euangelistae. Quae? 'Quoniam deus 3ob. 3, 19 lux est.' Eadem sunt in Euangelio c. 3. 'Venit lux et. iudicium, quia homines dilexerunt magis'. Ibi iterum Iohannes opponit deum toti mundo, quod in deo non sint tenebrae, sed lux sit, ergo mundus totus est in tenebris et errore, 15
stelt her omnes doctos, sapientes, religiosos, reges. Concludit Iohannes ipse, quod sint tenebrosi et ceci, quia Iohannes dicit: Nos annunciamus et audimus ab eo. Et mundus insuper nescit tenebras suas esse tenebras. Ut monachi et sapientes et. incedunt in sua opinione habentes eam pro luce et nesciunt coram deo esse tenebras. Quia ita occultum, 20
inquit Iohannes, de quo dicimus, nisi nos venissemus et annuntiaremus, nihil seiret mundus per suas speculationes, immo plus infatuaretur. Inspice Graecos: Plato, Aristoteles quid effecerunt, adsecuti sunt? quod deo non simus 25

2 Christiani o 4 Iohannes o zu 6 über quoties steht usus ista dictione, vidimus.
7/8 qui bis adoritur o 9 Quam audivimus r 12/13 quia bis magis o 15 stelt o
16 Iohannes o 20 inquit Iohannes o 22 adsecuti sunt o

612, 21 — 613, 11 Inspice grecos philosophos Platonem, Aristotelem et alios [c aus alij]. Quid

p]inaestimabili bono merito gaudetis. Quis non gauderet de placato Deo? 25
Quis non gauderet de communicante se Deo?

1, 5 'Et haec est annuntiatio.' Videtis sanctum virum vehementer repetere et eadem inculcare. Igitur sic urget 'testamur, annuntiamus', ut nos lubricos contineat in verbo certissimos. Videt enim sanctus vir conditionem nostram et Satanae astutiam, ut nobis omnino necessarium sit eum repetere. Ideo haec est nova repetitio 'et haec est annuntiatio'. Ipse praecepit, ut annun- 30
ciaremus, ut nullus de ipsa re dubitaret, quia res est magna, quae annuntiatur.

3ob. 3, 19 'Quemadmodum Deus lux est.' Sic alibi Ioannes: 'Lux venit in mundo et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem'. Et opponit lucem mundo, quia omnes homines, etiam sancti et principes, concluduntur communibus tenebris. Ioannes ergo dicit: Annuntiamus vobis lucem, quam audivi- 35
mus, et nisi annuntiamus, non habetis. Monachi et prudentes huius seculi ambulantes in viis suis in tenebris ambulant. Aristoteles sic concludit: Si

8] curae. 12. Meth.¹ si deus omnia videret in terris, nunquam haberet ein frö-
 lichen mut. Ita metitur deum secundum cogitationes nostras, ergo concludit
 deum neminem videre quam seipsum, et caro habet gut tag. Num haec non
 est tenebra? et habita pro maxima sapientia. Vulgus Graecorum et omnium
 5 nationum fuit ergo sapientius ipsis philosophis, dixit deum treffen malos &c.
 Et ille sapiens? Ergo quanto plus homo est sapientior, tanto stultior. Sic
 monachi vilem rem habent fidem in Christum, quasi pertineret ad vulgus,
 sed effinxerunt tria illa vota: hic est, dixerunt, verus Christianus status et
 exellit generalem statum Christianorum. Communis homo ut laicus dicit:
 10 Iesu crucifixe, miserere mei. Illi non sinunt Christum esse caput et sunt
 stultiores aliis. Cum inspicis totum mundum, est verissimum adagium die
 gefekten die verfechten. Qui enim vult in re salutis sua ratione sapere, facit
 ex uno errore decem. Sicut et iam nostri Schwermeri dividere volunt naturas
 in Christo und wird da bei nicht bleiben.

15 'Quam audivimus ex eo.' Si debemus experiri, quod deus est lux,^{4, 5}
 oportet experiamur ab iis, qui norunt non per suam sapientiam sed ex verbo

3 deum o caro] c [ein über die Zeile gestelltes c gebraucht Rörer auch sonst öfter
 als Abk. von caro] 4/5 Graecorum bis nationum o 5 fuit bis philosophis rh 8 dixe-
 runt o 9 vt laicus o 11 Cum o 15 Quam bis eo r quod o und est c aus esse

¹⁾ Die *Meteorologica* des Aristoteles, als libri metheororum im Mittelalter oft kom-
 mentirt, umfassen nur vier Bücher.

effecerunt quam ut tandem statuerent Deum humana non curare? Si enim alia extra se posita
 inspiceret Deus (sic argumentantur), non posset esse Beatus: quare tantum est beatus in
 consideratione sui aliis omnibus rebus posthabitis. Hae an non sunt tenebrae in hominibus
 20 sapientissimis? Atqui has ipsi tenebras et ipsi et alii tanquam summam sapientiam sunt
 admirati. Sic monachi fidem tanquam rem vilem et omnibus christianis communem (post-
 habuerunt) neglexerunt [r] et ad quaedam inusitata sunt versi. Voverunt paupertatem, casti-
 tatem, obedientiam tanquam res singulares, quas extollebant supra communem statum Chri-
 stianorum. Sic si totum mundum inspicias, invenies nihil nisi tenebras et errores, quod ad
 25 doctrinam salutis attinet: et verum est, quod vulgo dicunt, Quod . . .

¶] Deus videret omnia, quae hic aguntur, nunquam esset pacato animo, ideo
 non respicit nostra. Sed quanto homines sunt subtiliores, tanto minus de
 Deo habent. Monachi volentes sequi rationem elegerunt propriam iustitiam,
 volunt propriis operibus in melius mutari, je flüger, je thöridhter. Simplex
 30 laicus quando moritur, iubet sibi afferri crucem et Christi memor orat et
 melius sentit quam illi. Quicquid homines inveniunt in causa salutis, id
 male vertit.

'Deus lux est.' Quod non est Christus, non est lux. Quoties audio
 'Patres, Augustinum, Hieronymum, concilia', interrogo: est ne etiam annun-
 35 tiatio? Si non, troß dich.

'Deus lux.' Si mundus et caro hoc non possit capere, nihil moramur.

¶] dei et Christi. Non est alia via hoc discere nisi per verbum, quod apostoli acceperunt a Christo. Quicquid ergo non est Christi verbum, est merae tenebrae, Gal. 1. 'Anathema sit.' Si monachorum pater Benedictus dicit gestandam cappam, confer cum hac praedicatione Iohannis: si non eadem, ergo est tenebrae, conclude. Caveamus ergo a falsis doctoribus et maneamus cum annunciatione, quam apostoli docent, quam ipsi a Christo audierunt: Deus est lux. Mundus non potest capere, quod Christus filius pro nobis sanguinem ꝛ., quod sola iusticia per hanc fidem sit, mundus ridet, Christiani sciunt lucem, per quam hoc vident, et eunt post mortem in vitam. Ipsi adversarii gratiae Evangelicae dicunt: oportet etiam faciamus ꝛ. Paulus Col. 2. Coloss. 'durch Iose verfürung'. Summa praedicationis, ut omnes agnoscant et fateantur se esse in tenebris, daß rad ich yn et accipiant hanc praedicationem, quae dicit illis, wo es in manglt.

1, 5 'Tenebrae.' Loquitur contra Schwermeros et sectas i. e. praedicamus simplicem lucem, quod dei filius venit in mundum, ut infra.¹ Haec est nostra praedictio, quanquam sit lux occulta, nisi verbum indicat. Neben dem liecht treten viel secten herein, ut Cherintus, qui Christi ꝛ., Nicolaitae, Papae, quisque voluit esse Christus et wollen daß liecht zertrennen, et ille sic, alius aliter loquitur. Christus est unica lux, vestrae doctrinae sunt tenebrae. Idololatria venit, quando cogitationem foris arripio de deo, quam non ex verbo dei, ut quando cogito: si facerem regulam ut Augustinus, puto deo placiturum. Pulchra cogitatio est, quia bonum opus et egregium servare

3 Anathema sit o monachorum pater o 5 Caveamus ꝛ 6 {deo} Christo
8 sit o 10 adversarii bis Eyae o 18 Christus] die undeutliche Kürzung kann auch Christ-
ianus bedeuten zu 19 über vestrae steht illorum 20 foris] fors 22 et egregium o

¹) nämlich 1. Joh. 1, 2.

614, 14 615, 8 'Et tenebrae non sunt in eo ullae.' Hic perstringit (sectas) Cherinthum, Nicolaium et alios hereticos, Q. d. Haec est simplex praedictio et vera lux, quod Christus venit in mundum: hanc lucem verbum revelat. Haeretici autem sua quaedam lumina habent et hanc lucem obscurant, dum sine verbo suis cogitationibus indulgent. Hic enim fons est omnis idolatriae arripere cogitationem de Deo sine verbo dei, ut cum monachus cogitat Deum delectari solitudine illa, vestitu, victu, orationibus certis. Sed quando verbum re-

¶] Scimus Dei filium carnem induisse et pro nobis crucifixum esse. Hoc caro irridet et mundus pro nihilo ducit. Summa, mundus universus debet agnoscere se esse in tenebris et convertere se ad istam praedicationem et agnoscere istam lucem.

'Et tenebrae in eo non sunt ullae.' Praedicamus lucem hanc. Etiam si nemo videat lucem, tamen verbo annuntiatur, cui si credimus, pervenimus certo ad illam lucem. Lucem hanc volunt discerpere Cerinthii. Diligenter tenendum, unde proveniant haereses. Ex propria ratione, quando caro incipit cogitare: Istud placet et bonum videtur mihi, ergo Deo placebit, Patres

- tria vota, orare &c. Ratio san hie nicht fur ubri sicut ergo ratio cogitat
secum, ita concludit et deo placere dicens: Qui hoc facit, deo placet. Ita
bat sie iren gedanken got an gehengt. Tum venit vera lux et dicit illum
deum esse nullibi, quia abest verbum, non adest annuntiatio, ergo talis deus
nullibi sed mera cogitatio et getrennt. Deus verus sic dicit: si vis salvari,
facere voluntatem meam, audi verbum meum, crede in Iesum, quod tua
iusticia et vita sit. Haec est annuntiatio, verbum, lux, hanc ego non finxi,
non habet got an den halz gehengt sed venit a deo per apostolos, ist pbr
nicht an geschmirt et in coelum gheugt. Originem ergo habes idolorum. Sic
Iudei erexerunt Baal. Non fuerunt tam stulti, non adoraverunt lignum, sed
dixerunt: deus verus vocatur, qui eduxit &c. Der muß da bei sein habet bene-
placitum an dem cultu &c. Tum prophetae: vos adoratis Satanam, illi econtra,
Ipsis enim placebant suae cogitationes et electiela opera et cum sibi pla-
cerent, concludebant et deo placere et sic idololatria orta sub nomine dei.
Sie nos fecimus. Debemus in Christum credere, ibi mea iusticia, et post
benefaciendum proximo &c. Econtra ego cum ratione mea, hoc novit etiam
rusticus, nos aliquid sanctius statuamus. Hinc albae, griseae cappae &c.
et postea diximus: haec est via salutis. Tales sunt, qui volunt tenebras
suas schmiren in untern herzog bin ein.
'Et tenebrae in eo' i. e. ne cogitato, quod illud verum, quod aliter
praedicatur quam nos. Si pseudoapostoli non illinerent nomen dei, Christi
ad summ mendacium, nemo seduceretur. Es heist funternis in got tragen
quae non sunt in eo, quia non sunt annuntiatio, quam ex eo audimus. Hoc
notandum, ut nos armemus contra Satanam, ut sciamus: haec est annuntiatio
nostra, quod Christus solus est via ad coelum. Si aliud est, quod eorum
deo iustificet, nescimus. Si autem aliud excellentius adfertur, est tenebrae,
quibus deo ein ligen an wird gegeben i. e. manete in simplici annuntiatione,
alia sunt tenebrae.

8 Tum & aus Dum in 4. aliter annuntiatio stult. contraria op. 5 sed &

10 Non Ihs stulti & 11. Der Ihs sein & 16. benefaciendum & cum ratione mea &

17 statuamus & cappae & 19 suas & 20 Et Ihs eo & 24 nos &

- velatur, tunc cognoscimus meras misse tenebras illas cogitationes. Und ein pbr, i
nobis unicum Christum, qui sit iusticia et vita nostra. Haec est vera lux, quae tunc ego
fingo, sed quae ad me coelitus defertur, non quam ego adfero ad Deum, sicut mirachis suas
cogitationes ad Deum adfert et fingit idolum ex suo corde et affectu. Hoc est tenebris de,
illuere, in quo tamen nullae tenebrae sunt, sed vera lux est et ius

- p) dixerunt, ergo verum est. Si vis Deo placere, audi verba ipsius et crede
in filium eius pro te mortuum. Haec non est mea ratio, ego non fingo hunc
colorem, sed ipse Deus lux est. Sie wollen tenebras schmieren an untern
herr Gott. Gott schmieren sie an die farre und flehen die gottliche wahrheit
an die lügen. Hoc est ponere tenebras in luce. Sed non sunt tenebrae in
eo, ne ullae quidem.

N] 1, 6 'Si dixerimus'. Ibi fatetur, quod illi sectarii sint *frecher* quam filii
 lucis, quia semper plus gloriantur et *brüsten sich* mit *got's* namen quam alii.
 Christiani enim semper agnoscunt se infirmos, vident lucem sed non tam
 potentem, ut libenter velint. Dicunt: Veritas est Christum esse veritatem,
 lucem, utinam hoc ex animo crederemus. Schwermeri: nos sumus filii lucis 5
 et pleni spiritu sancto. *Da's* rurt *Johannes* *hie*, quia dicunt: Nos socie-
 tatem *xc.* vide, an non hodierni Schwermeri. Iactantia est proprie haereti-
 corum et illorum, qui non agnoscunt suam infirmitatem et quam excellens
 res sit fides. Christianus vero semper humiliatur et diffidit suis viribus et
 Phil. 3, 12 dicit cum Paulo: nondum apprehendi, alii totum apprehenderint, et communi 10
 testimonio nostrum dicimus: ego gustavi, sed non penetravi, quia adest caro
 et sanguis, quae possunt auferre *xc.* Iohannes ergo etiam tales habuit
 scholasticos doctores, qui dixerunt: Qui credit in Iesum, habet societatem
 cum patre *xc.*, quando audiunt verbum hoc et possunt *nach* reden, statim *xc.*
 1, 6 'Et in tenebris ambulamus' i. e. si non manemus in ista annuntiatione, 15
 societatem habemus diabolorum. Horrendum iudicium, quia dicit 'mentimur'
 mendacium et cogitatio cordis: 1. *irren* *sie*, 2. dicunt errorem lucem.
 Duplex ergo iniquitas eorum. *Irren* non tam malum ut *liegen*, quia mentitus
 etiam vult defendere. Dicit ergo 'in tenebris' ambulant, habent errorem
 in corde et fides nihil est et ultra hoc faciunt *eint* veritatem *drau's*, *da's* *ist* 20
eint mendacium. 'Et veritatem non'. Quicquid faciunt (ut multa), *ist* *verloren*,
 quia cor est sinistrum, *fa'lsch*. Hoc horrendum, mentimur quo ad fidem,
 quia cor seductum. Et perditus labor (veritas *xc.*) quo ad opera. Si dico
 ad clericos: Vos ambulatis in tenebris, quia habetis potiore[m] viam (ut
 putatis) pro vobis ad coelum, cum sit una via Christus, quando hoc audiunt,
 dicunt esse lucem suam statum et defendunt et carnis onera portant ut opera 25

4 libenter o 9 sit o 11 non(dum) 14 cum o statim o 15 ambulamus o
 16/17 mentimur o 17 *sie über* (sic) 18 eorum o mentitus o 21 Et verita: non r
 ut multa o 23 veritas *xc.* o 24/25 vt putatis o 26 suum statum o 26/617, 1 opera corporis o

P] 1, 6 'Si dixerimus, quod societatem habemus.' *Er* *geh't* *flugs* an die
*sich*wermer sui temporis. Videmus illos audaciores esse quam vere Christianos
 et gloriari quasi certos de sua communione cum Deo non agnoscentes suam
 infirmitatem. Christiani trepide loquuntur de sua fide et societate sancta et 30
 cupiunt augeri. Christiani dicunt *Herr hilf, herr hilf*. Paulus nondum
 Phil. 3, 13 se comprehendisse ait Phil. 3. Mancamus, dicit Ioannes, omnes in luce hac
 et dicamus: Haec est quidem vera lux, sed nondum agnoscimus illam. Uti-
 nam cognosceremus perfectius.

'Si in tenebris ambulamus.' Si non permanemus in annuntiatione, ver- 35
 bum in nobis non est sed mendacium et cogitatio fallax. Haeretici in tene-
 bris ambulant et lucem esse dicunt. Duo mala: iam errare, iam defendere
 errorem. Faciunt multa, sed sapiunt mendacia, mentiuntur quo ad fidem et

3] corporis; ist eytel verloren ding. Ante omnia videndum, ut cor habeat lucem, tum possunt sequi opera, quando lux adest, incendit et illuminat me, ut alteri beneficiam. Si non adest lux vera, utrumque sequantur opera, ist's eytel verloren ding. Si falsa fides, nulla sequuntur opera. Ergo omnia in
 5 hoc consistunt, ut maneamus in vera doctrina, quod non est secundum Christum, nihil est. Non video, quod sic lux luceat coram deo. Habemus tantum iam in annunciatione et verbo. Volumus in tenebris ambulare, wir
 feilen des wortes, haben im ein anders surgeschlagen, das sol besser sein. Qui ergo est in coenobio, deserat &c. Serpens aeneus in deserto erectus dei
 10 iussu, David permisit stare in signum miraculi, quod factum olim, et alii reges etiam pii. Ezechias fregit. Cur non tacuit, quod fregit serpentem iussu dei erectum? Ego non fuisset tam audax et tam multi reges fuerunt ante illum. Tamen frangit Ezechias in nomine dei, quia vidit deo erigi cultum contra ipsius verbum. Wolt ir des hören die causa? volebant tene-
 15 bras in deum bringen. Sic pono, quod sancti, ut Augustinus, Benedictus &c., ordinassent pulchrum sic vivere. Si vero viderem abusum virginittatis, castitatis et aliorum votorum, omnia dissuenda, quia sunt tenebrae et contra dei verbum. Sed nolunt audire esse tenebras. Sive sit ordinatum a sanctis-
 20 des leidigen Zusatz, quod dei lux sol heißen, eum alia non sit quam Christi.

7 et verbo o	ambulare o	9 in deserto o	10 über David steht et alii
reges, was dann in der Zeile wiederholt ist	11 etiam pii o	12 erectum o	
13 Ezechias o	14 contra bis verbum o	Wolt ir des über (Si huius vultis)	
16/17 castitatis bis votorum o	19 dissue o		

617, 4 — 20 Ergo in hoc consistunt omnia, ut doctrina sit pura; in ea si quid vitii est, omnia, quae postea fiunt, sunt vitiosa. Vide autem, quam multa haec complectatur sententia. Omnes enim religiones, studia omnia, omnia opera, quae non nituntur certo Dei verbo, pronuntiat esse tenebras et damnat tanquam rem adversam Deo. Hic monachatus, Missae, coelibatus,
 25 In summa totus papatus damnatus est, quia nihil aliud est quam religio conficta ab hominibus sine auctoritate verbi, quod verbum solum lux est. Extat in libris regum Ezechiam 2. Reg. 15, 4 serpentem illum dei iussu erectum fregisse et laudatur ideo. Si igitur pius rex serpentem divinitus erectum, postquam in idolatriam abiit, fregit. Quid de illis impiis cultibus sentendum est, qui primo sine auctoritate Dei ex mera *ἐκείνων ἰδωμένων* sunt instituti, Deinde maximis
 30 idolatriis occasionem prebuerunt? Quare etsi a sanctis patribus Augustino, Bernhardo et aliis recte instituta esset monastica vita, tamen postquam in extremam impietatem et idolatriam abiit, Ezechiae exemplo recte damnaretur et aboleretur. Quia enim verbo dei caret, sunt tenebrae nec ferenda blasphemiam est, ut tenebras lucem vocent.

p] veritatem non faciunt, quo ad opera. Ante omnia videndum est, ut cor
 35 habeat hanc lucem, tum sequentur opera. Si vero lux impura est, mixta scilicet fides doctrinis hominum, operamur quidem multa sed gratis, quia non sunt lux. Christus vera lux nostra. Angeli vident hanc lucem, nos audimus.

N] 1, 7 Antithesis: 'Quod si in luce ambulamus', quae est deus et annuntiatur
 nobis in verbo, et non facimus novas sectas, si etiam simus vilissimi in
 terris, tum habemus societatem inter nos et concordēs sumus. Si vos se-
 ctarii essetis concordēs, vobiscum haberemus societatem, ut supra Iohannes.
 Sed quia contrarium, ideo habemus vos pro excommunicatis. Et habemus
 das̃s̃ forteil, quod 'sanguis' hoc est, solatium. Maximae tenebrae fuerunt,
 quod praedicavimus passionem et sanguinem Christi effusum ꝛ. et tamen
 tam multos ordines ereximus ꝛ. Et equavimus ordines baptismo et carni,
 sanguini Christi et deo met. Quomodo posset horrendior res excogitari,
 quam ut cogitationes nostrae sint Christus et deus? Id est, in illo uno
 verbo, quod annunciatum est nobis, habemus, quod Christi sanguis ꝛ., es̃ ist
 außdermaffeñ feiñ geredt. Iohannes alios impetit Schwermeros, qui nolunt
 habere peccata in terris ut et nostri Monachi. Apostoli viderunt multas
 infirmitates in Christianitate, ut Ro. 14. et Gala. 6. Sed Schwermeri wolless̃
 heiliger machen. Num isti sunt Christiani? Hic facit hoc, ille aliud et sic
 iudicarunt Christianos, ut et hodie ꝛ. Cogitaverunt ergo Schwermeri tum, tem-
 pore Iohannis: Ibimus in locum, ubi nullum peccatum et occasio peccati.
 Sic et hodie. Widd̃er diẽ ghet Iohannes hic, qui nolunt ferre infirmitatem pec-
 catorum et tamen nullibi fit maior invidia, immundicia. Dicit ergo Iohannes:
 Videte, ut maneatis cum verbo, postea nolite curare de peccato. Si interdum
 sumus infirmi, non nocet. Qui enim verbum habet, statim agnoscit suum
 errorem, quia habet lucem. Et cogitat porro: sino Christum esse iusticiam
 meam, qui condonat. Sanguis est cum illis, qui manent in suo verbo, habent

Röm. 14, 1
 Gal. 6, 13

1 luce ambulamus rh	8 ereximus o	ordines o	13 nostri o	16/17 tum
bis Iohannis o	21 enim rh	21/22 suum errorem o	22 sino c aus scio	23 meam o

1, 7 618, 1 — 5 'Si autem in lumine ambulamus, sicut ipse est in lumine, societatem habemus
 cum eo.' Si, inquit, ambulamus in luce, quae lux Deus est et nobis in verbo annuntiatur
 et non facimus novos sectantes, etiamsi simus vilissimi in terris, tamen habemus societatem
 cum eo. Quae tribuit, ut sequitur. [*Dazu am Rande:* Commodissimum, si acceperis ubique
 'lumen' pro verbo. Neque enim intelligendum est lumen de metaphysico lumine aut de
 spiritu divino, sed loquitur, quomodo nobis sit lux, scilicet per solum verbum, quo nos
 illuminat. Iam quod dicit 'Deus est in lumine' simpliciter sic potest intelligi, quod Deus
 nobis nusquam sit nec inveniri aut queri possit nisi in lumine et in verbo, quod ipse de
 se revelavit. Wie wußten wir sonst von gott? Es wurd̃t uns̃ ja nit̃ treumen.]

P] 1, 7 'Et sanguis.' Mirum, quod singulis annis sanguinem Christi et pas-
 sionem praedicamus et tamen tot sectas erumpere videmus. O magnas
 praeteriti saeculi tenebras. Nos vero, si manemus in verbo nuntiato, habemus
 hunc thesaurum, qui Christi sanguis. Si peccatis urgemur, nihil nocet.
 Sanguis Christi effusus non pro diabolo aut angelis sed pro peccatoribus.
 Ubi igitur sentio peccatum, quare desperarem et quare non crederem remis-

- 3) remedium sanguinem, qui non sinit Christianos desperare. Maxima consolatio, quia agnoscimus peccata et consolationem, quod Iesus effudit &c., ut emundet non Gabrielem et alios angelos aut Satanam sed peccatores, modo agnoscamus eum lucem. Hoc est credere Ecclesiam sanctam, remissionem ~
 5 peccatorum. Regnum ergo Christi est nihil aliud quam Remissio peccatorum, quia peccatum est *drin*. Sectae vero non agnoscunt peccata sua, immo habent pro veritate, ergo non possunt veniam petere &c. Christiani vero mordentur a peccato et odiunt. Et sanguis Christi est super te, non damnaberis, Christus suscipit te, non potest te deserere. Vide, quantus thesaurus: filii dei sanguis.
 10 Summa summarum: ut simpliciter haereamus in verbo. Si hoc, utcumque sint magna peccata, scilicet haec est, dicit peccator, lux tua, quam permisisti nobis annunciari. Non habeo ergo occasionem desperandi sed fidendi et sperandi, quia vis emundare per sanguinem filii tui. Alii vero habent occasionem desperandi, quia non heserunt in verbo.
 15 Vides, quam diligenter laborarint Apostoli, ut conservent nos in veritatis simplicitate. 'Si dixerimus: peccatum non habemus?'. Pergit contra illos 1. Joh. 1, 8 sectarios, qui non permittere volunt Christianos esse peccatores, ut: nos certe faciemus, nolumus esse peccatores. Ideo tam sepe confessi sumus, huc volebamus pergere, ne malum motum sentiamus, nostro labore volumus expedire,
 20 ne essemus in peccatis. De aliis cogitavimus: Illi sunt in statu coniugii, quomodo sine peccatis essent? Ergo secedamus in coenobium &c. Christianus vero dicit: du hast gesagt und verkündigt &c. et non oberit mihi peccatum meum, quia credo tuo verbo, quod Iohannes tuus apostolus annuntiavit mihi, qui non mentitur, quia thesaurus adest: Sanguis scilicet. Si in luce
 25 manemus, agnoscimus peccata nostra. Si illa agnoscimus, adest Sanguis Christi. Semper orandum: 'Sanctificetur' et 'ne nos', ut purum verbum servaremus. Ideo excitat Satan tot sectas, ut purum verbum auferat, quia per hoc pluit merus Christi sanguis, hoc non potest Satan pati. Ideo petamus, ut nobis non auferatur verbum.
 30 26. Aug: 'Si dixerimus, quoniam peccatum non' &c. Hoc est iocundum et 1, 8

11 dicit peccator o 16 Si *bis* habemus *rh* 19 nostro *über* {suo} 21 22 Christianus vero *r* Im Texte Vero *über* {Chri}

- p] sum? Nam peccata abluit sanguis Christi. Tota summa est, ut simpliciter adhaereamus verbo, *fo hats keine not*. Diligentissime cavent Apostoli, ut diligenter et sinceriter retineamus verbum. Si manemus in lumine, agnoscimus, quid sit peccatum, si cognoscimus, habemus sanguinem Christi, quo
 35 lavamur. Diabolus nihil aeque impugnat et agit, quam ut nobis abripiat hanc lucem. Quare nihil est nobis magis curandum, quam ut in illa maneamus.

'Si dixerimus: peccatum non habemus.' Iocundum et consolatorium 1, 8

3] consolatorium vocabulum, quod confitetur immo dicit confitendum peccata
 in nobis esse. Augustinus distinguit: aliud peccare et habere peccatum, et
 Röm. 7, 18, 17 non displicet, quia in nobis est peccatum, etiam quando sumus iusti, Ro. 7.
 Hebr. 12, 1 'Non habitat ꝛ., non ego operor illud.' Eb. 12. 'deponamus omne pondus
 et circumstans (adherens) peccatum'. Postquam ergo sumus initium creaturae
 dei, scilicet non sumus per totum expurgati, quoniam sit expurgandum de
 die in diem peccatum, crucifigendum et sepeliendum. Etenim Christianismus
 relinquitur talis, ut coram deo non possit gloriari, quoniam sit peccatum, sed
 humiliari et gemere: iustus non sum, nisi tu, ut praeter sanguinem Christi
 nihil sit, Hoc est peccatum habere, quod venenum est adhuc in nobis non
 Röm. 7, 18, 17 expurgatum. Hoc peccatum tandiu sollicitat ꝛ., Paulus Ro. 7; Petrus: 'mili-
 1. Petri 2, 11 tat' ꝛ. Hoc urgere, si tamen consenserimus, dicitur peccare. Exempli
 gratia, quando David cecidit in adulterium et homicidium, consensit peccato
 illi adherenti, peccatum internum dixit ei 'ama, utere'. Ibi resistendum fruc-
 tui huic, sed consensit. Ita Petrus post spiritum sanctum in Antiochia coe-
 pit simulare et cogere gentes ad edendum iudaice et non libere, ibi cecidit.
 Et amicissimi duo apostoli disiuncti forte propter hoc Paulus et Barnabas.
 Adversus ista duo peccata habetur hic consolatio. Sic sollicitant, utunque
 nos simus instructi verbo, habemus Christi sanguinem. Nihilominus est in

5 adherens o 9 sed o 11 Pet r 11/12 militat nicht militant 17 forte propter hoc o

620, 7 — 621, 4 Relinquitur enim christianismus primum coram Deo talis, ut non possit
 quidquam de propria iustitia gloriari, sed humiliari et gemere debemus et confiteri: Domine,
 non sum iustus, nisi in sanguine filii tui peccata abluor. Neque enim peccatum Originis
 expurgari potest, dum in hac carne vivimus.

Deinde sepe fit, ut huic peccato nobiscum nato non fortiter resistamus sed per infir-
 mitatem ei consenciamus, ita ut christiani coram mundo quoque sint peccatores. Sic David
 consentit in adulterium et cedem, Petrus in negationem christi &c. His igitur bonis contra
 utrunque peccatum nos consolatur, contra Originale et Actuale, et docet hanc vitam non

p] verbum hoc est. Augustinus annotavit: aliud est 'habere peccatum' et aliud
 Röm. 7, 17 'peccare'. Et placet, siquidem iustificatis Paulus ascribit peccatum inhabitans
 Hebr. 12, 1 Rom. 7. et Hebr. 12. Quamvis enim nova creatura facti sumus, tamen semper
 in nobis manent reliquiae peccati, peccatum habemus et venenum adhuc est
 in nobis et illud peccatum sollicitat nos ad fructus peccati, ut in Davide,
 cui dicebat inhaerens, circumstans, inhabitans peccatum: Uriam occide. Cui
 consentiens peccavit. Hoc pacto sollicitatus est Petrus, cum post acceptum
 Spiritum Euangelii coegit gentes iudaizare, Paulus et Barnabas ob illud
 peccatum in iram commoventur, et nos quoque nequaquam comparandi cum
 Apostolis, quamvis etiam Christiani simus aspersi sanguine Christi, tamen
 saepe erramus. Vera itaque Christi cognitio facit, ut sentiat se quis pec-
 catum habere, et facit, ut super eo ingeniscamus. Adversus hoc sunt
 Papistae et desperantes. Illi gloriantur de suis iustitiis, ordinibus volentes

3] carne nostra herens et pertinax peccatum, habet ergo Satan aliquod praesidium et foramen, per quod posset irrepere. Ideo vita Christiani est solitudinis plena. Sentit se esse peccatorem vel peccare et habere peccata et genere ad deum, ne fiat captivus huius peccati. Adversus hanc cognitionem ~
 5 volunt illi haeretici, qui institunt quasdam regulas vivendi, ut sint absque omnibus peccatis, et gloriantur de sanctis suis institutis: qui haec servant, sunt sine peccatis. Vocant peccatum reliquum morbum naturae, infirmitatem. Et Zwinglius vult hoc peccatum originale extenuare et vocat quendam defectum. Contra istos praesumptuosos homines fidentes sua iusticia, quasi amplius
 10 non egeant Christo, sic Nos: si confessi essemus et communicassemus, putabamus nos sine peccatis et nullum reliquum esse nisi infirmitatem, morbum naturae. Per hoc huiusmodi homines sic sentientes se liberant a timore dei, solitudine, vigilia, de qua Christus: orate et vigilate, quia &c. Das ist Matth. 26, 41
 15 primum erroris, quod per opiniones stultas nostras facimus praesumptiones, alterum est desperationis, quando sic quis peccato agitur, ut desperet. Neque vult praesumi neque desperari. Praesumentes fiunt dupliciter peccatores et dicunt peccatum coram deo vere esse Iusticiam et quod sordes mundiciam. Sunt etiam impii simul et peccatores, quia peccatum affirmant iusticiam, quae summa est blasphemia. Hi, qui sentiunt peccatum et mordentur in con-

zu 2 über posset steht potest 3 esse über (hīc) vel peccare o 10 Nos (putamus)
 12 huiusmodi bis sentientes o 13 vigilate quia o 19 summa o

20 posse sine peccatis transigi. Quare cum peccavimus, non (ideo?) desperemus. Hoc tantum agamus, ne captivi et servi peccati fiamus.

621, 9 — 623, 15 Quare hic locus docet nos contra praesumptuosos homines, qui fidunt in sua iustitia, quasi non amplius indigeant christo sed aut omni peccato careant aut id suis viribus possint vincere, Sicut monachi eam vitae regulam se sequi credunt, in qua si recte
 25 incedant, (nihil) ab omni peccato sint liberi. Dupliciter igitur peccant: primo, quod peccatum non agnoscunt et ideo gratiam aspernantur et non querunt, Secundo quod illud peccatum et

P] esse absque peccato, qualia Scholastici docent possibilia, et Cinglius docet peccatum originale tantum defectum esse. Desperantes sunt, qui sentiunt peccatum et in suis moriuntur conscientiiis atque sic undique torquentur, ut
 30 desperare cogantur. Neque tamen ob peccatum aut etiam fructus peccati desperandum est. Nam licet labamur, tamen resurgendum. Hoc denique firmissime teneamus neminem iustum esse aut fieri coram Deo nisi per sanguinem Iesu Christi. Solus enim Deus iustus, verax, sapiens. Quicquid fecerimus etiam ex fide, semper dicamus: Peccatum est, et 'servi inutiles sumus' Luc. 17. Sola autem Dei iustitia salutem acquirimus et illa salvamur. Luc. 17, 10
 35 'Si dixerimus, quod peccatum non habemus, nos ipsos fallimus.' Hoc 1, 6 dicitur contra praesumptuosos. Posse credere, quod sanguis Christi nos liberet ab omni peccato, res est necessaria sed Dei donum. Quando autem inhaeremus nostrae iustitiae et de illa gloriamur, tum divinae non subiciemur.

3] scientia sua, sive cognatum peccatum sit sive sentiant fructum, quod lapsi ad iracundiam x., hoc non potest fieri, quin fallat huiusmodi peccatum. Vel mox pavefacit conscientiam et constituit iram dei. Contra utrumque hoc est hic dilemma rhetoricum, ut neque desperes nec praesumas, ut homo sit instructus hac doctrina simplici: nemo est iustus coram deo nisi per sanguinem Iesu Christi, sine hoc quicquid est regularum, studii, ordinis, 5
 Röm. 3, 26 adhuc est in peccatis x., quia 'qui gloriatur, in domino gloriatur, ut ipse sit
 Röm. 16, 27 solus', Ro. 3. Nemo sibi arroget Iusticiam, sapientiam. 'Soli sapienti po-
 tenti', Paulus. Ista verba sunt tonitrua contra nostram iusticiam et adversus praesumptionem, qua putamus nos esse puros. 'Seducimus', daß ist ein jemer- 10
 lich ding, quod non habemus periculosiorem rem quam nostram opinionem. Grandis res: posse credere solo sanguine Christi nos iustificari. Sub papatu evidens impietas: Statuta Romanae ecclesiae aequipollent Euangelio, ut sit salus servantibus. Econtra Nicolaus¹ papa, tamen recedere a Papatu adeo difficile x. nisi dederit spiritus sanctus hanc cogitationem. Per Christi san- 15
 guinem facile est abiicere cappam, sed hoc facere conscientia certa et fideli, quod prorsus sit hoc peccatum. hoc gravissimum est factum, quia habemus inherentem iusticiam nostram nobis x. Quando huc veni, quod nihil iustificet coram deo sed manet in peccato praeter Christi sanguinem, tum statim concludo: ergo statuta papae, regulae patrum sunt impostura. Sed generalis 20
 iste Christianorum ordo est adeo perfectus, ut ne apostoli quidem sint ad-

1 sit o 5 doctrina o 6 hoc über (reglas) regularum o 7 gloriatur o
 11 rem fehlt 12 Christi o 14 papa o 15 cogitationem] cog: [was auch cogi-
 tionem sein könnte] 16 fideli oder fide(m) 21 iste Christianorum o ne o

¹) Luther dachte schwerlich an Papst Nicolaus (papa ist nachträglich zugesetzt), sondern an Nicolaus Panormitanus, dessen Satz er schon Unsere Ausg. 2, 10, 19 anführte.

sordes illas, in quibus vivunt, sentiunt iustitiam et munditiam esse. Nos autem sic sentiamus: neminem coram Deo esse iustum nisi per sanguinem Iesu Christi et quicquid est religionum, studiorum, ordinum, sine hoc sanguine esse peccatum, ut sic nemo gloriatur nisi in domino, 25
 Röm. 3, 26 'ut ipse solus sit iustus et iustificans impium'. Haec doctrina igitur iudicat omnia studia et religiones omnes. Nani quod quidam rident monachatum et alia stulta opera, nihil egregium est. Hoc autem est caput: scire ideo nihil valere ista, quia solus Christi sanguis peccata tollit. Eo autem est difficilior haec doctrina, quod natura nostra hoc malo laborat et non patitur facile abiicere fiducium propriae iustitiae sed vult suam iustitiam quoque aliquid esse

¶] Quam difficile sit hominum statuta descrere, exemplo Petri discimus et vide, 30
 in qualem iustitiam cadere cogat gentes suo exemplo in eorum magnam perniciem et damnationem. Recedere ergo a Papatu i. e. a fiducia suae perfectionis virtus est divina. Semper caro et ratio caeca reluctatur. Monachi docuerunt eorum statum esse perfectiorem, nos Christiani de nulla perfectione

- 23] secuti. Paulus sepiissime. 'Crescite in cognitione et gratia dei nostri' Petrus. 2. Petri 3, 19
 Ipsi: num nobis praedicanda fides, quam scimus? quod reliquum, potius.
 Habes exemplum ex Petro, quam difficile sit deficere ab institutis paternis,
 qui erat illuminatus et docuerat 'Non est nomen aliud' 2. et: meum os elegit 2. Petri 3, 19
 5 fide purificans verbum 2. Venit Antiochiam, videt venire a Iacobo 2. 15, 7
 Num non erat haec tentatio? Simulabat et Barnabas. Norunt non vere se
 agere, sed tamen victi carne edunt iudaice. Et fides iustificata in gentibus
 fit talis: Comedere Iudaice est iusticia. Econtra: Venenatam naturam
 habemus per iusticiam humanam, ergo recedere ab ea est virtutis divinae.
 11 Sic vivimus miserrimam vitam aut praesumentes aut desperantes. Ubi pri-
 mum volumus esse sine peccatis, si in peccatum cadimus, volumus desperare.
 Ideo meditandum, exercendum, verbum imbibendum, quod solus deus sit
 iustus et sanguis Christi nos emundet. Coniugium sanctum, sed non sequitur:
 sum in hoc statu, ergo sum iustus coram deo. Ego monachus, ergo 2.
 5 omnium. Si te premit peccatum, non est quod dicas: mihi non gñt, sed 'pro totius' inquit, quod tollat peccatum mundi. Tamen non omnes agnoscunt. 'Lapis factus est iis, qui non credunt verbo', in quo positi sumus i. e. Omnes, 1. Petri 2, 7 etiam impii et increduli sunt vocati et ordinati ad verbum, ut audirent sed non accipiunt. Sic hic: est abundans propiciatio pro omnibus sed non omnes
 10 suscipiunt, Ro. 5. 'Multo plus abundabit' scilicet quo ad se, sed non omnes 2c. Röm. 5, 20 'Frustra fortitudinem meam consumpsi, in vanum laboravi'. Posset omnes 3c. 49, 1 salvos facere sed non omnes volunt salvi fieri. Dolet, compatitur et si esset possibile, flet pro unoquoque suo membro. Si potes depingere in mundo benignissimum hominem, tum concludere vix esse guttulam ad mare Christum.
 15 Si das freundlichst herz Pauli inspicis, diceres: O incomparabilis maior charitas in Christo, qui pro se crucifixus. Cypriano apparuit dominus Iesus cuidam. Sic fecit in terris: flevit woß nicht recht zu gñg. Qui sic Christum arripit, recte, alias idolum habet et fictum. Anselmus dedit hanc similitudinem: Arripe aliquem hominem insigniter misericordem et postea dic: est scintilla
 20 hoc in eo, aridet mihi.

1 esset! in *IIs* 4 zu habere fehlt debet 12 salvi *c aus* salvos 15 dicere
 zu 16,18 Ibi hat er den Xn ein wenig tröffen r

- eor, non est propiciatio. Contra hanc cogitationem addit 'pro peccatis totius mundi', ut, sicut negare non possumus nos in mundo esse et partem aliquam mundi esse, ita etiam certo statuamus Christi sanguinem pro nobis fustum et precium pro nostris peccatis [*c aus* peccatum] esse factum. Quod precium tam est magnum, ut, si plures essent mundi, tamen
 25 pro omnibus omnium peccatis satis esset, si modo credant. In eo autem solum est defectus, quod mundus aliam propiciationem querit et ab hac se avertit, non est defectus in sanguine Christi. Quanquam enim Christus sua passione tollit peccata totius mundi, tamen hoc sacrificium non agnoscunt nec accipiunt nisi (ij) hi, qui credunt.

- P] quia pro totius mundi peccatis propitiatio factus est et totius mundi peccata
 30 tollit. Omnes enim impii in unum positi sunt et vocati, sed nolunt accipere. Hinc Esa. 49. dicitur 'In vacuum laboravi'. Tam misericors et benignus 3c. 49, 1 est Christus, ut, si possibile esset, ipse pro unoquoque peccatore laborante fleret. Omnium hominum mitissimus, omnium mansuetissimus, compatiens cuilibet membro magis quam sub virga aut sub vibicibus Petrus. Accipe
 35 aliquem hominem insigniter benignum et mansuetum, tum scias multo benigniorem erga te Christum. Sicut enim in terris erat, sic est in coelis. Christus sic episcopus constitutus et salvator animarum nostrarum, at suo venit tempore iudex. Haec cum videamus, ne demus occasionem libidinandi.
 'Et in hoc scimus.' Contra duo hominum genera scribit Apostolus, ut 2, 3
 40 diximus a principio: contra praesumptuosos scilicet et operarios, atque contra

2. Tim. 4, 13] Si sic, tum contemnamus mundum, mortem et omnia. De S. Dionisio, sic scribit ad monachum, qui apud Carpum, de quo Paulus. Is fuit incensus adversus duos, ut oraret contra eos, ut occiderentur. Christus ei apparuit in visione ei oranti, dixit: mi Carpe, non veni ꝛ., antequam vellem unum perdi, adhuc vellem pati. Haec dicit se audisse ex Carpo Dionisius. Huiusmodi historiae concordant cum Bibliis, ergo notandae sententiae. Iam est episcopus non iudex, suo tempore veniet, modo rex advocatus misericordiae. Sic tamen licentiosis illis non detur occasio ad peccandum. Dixi hae epistula contra duo genera hominum i. e. contra hereticos, secundo contra licentiosos, quos iam taxat. Christum praedicamus benignum sed illis, qui cupiunt sanari, vivere non in peccatis, qui vero vertere gratiam in luxuriam volunt, illi abutuntur Christo et eius misericordia. Q. d. Vos auditis quidem, sed si est cognitio vera, non erit infrugifera. Regnum hoc non stat in sermone sed virtute.
- 2, 3] 4. Septemb. 'Quoniam cognovimus.' Hactenus audistis Iohannem docentem summam nostrae religionis, quae est cognitio Christi, ut pugnet contra errorem peccati, quae sunt opiniones pugnautes contra simplicitatem fidei. Cum ergo summa religionis sita sit in cognitione non in studiis ꝛ., iam requiritur altera pars hominum, ut examinentur, quia duplex lapsus et error: Primum ignorare Christum. Ignorant, qui non cogitant propiciationem et suis studiis purgant, quae ignorantia est regnum Satanae. Secunda in dextro latere: qui simulant istam cogitationem. Audierunt Christi regnum, in quo est remissio peccatorum per misericordiam sine meritis. Ista verba discunt, praedicant et tamen non est vivax, solida cognitio sed sicut spuma super

8 Dixi oder Dixit

640, 15—641, 4 Hactenus audivimus Iohannem docentem de (centru) summa [c aus summum] religionis nostrae, quae tota posita est in cognitione Christi, ut pugnet contra opiniones, quae à simplicitate fidei discedunt, et contra peccata, desperationem et praesumptionem. Quia autem tota haec doctrina in cognitione est posita, non in studiis aut operibus, requiritur, ut de altera quoque parte homines doceantur, de operibus scilicet. Est enim duplex lapsus seu error: quod quidam hanc cognitionem non habent nec sciunt Christum esse propiciationem sed suis studiis et operibus propiciationem querunt, deinde, quod alii hanc cognitionem se habere simulant et magnifice iactare possunt se esse Christianos, habere remissionem peccatorum per Christum &c. et non habent solidam cognitionem sed est quasi spuma aquae. Contra hos hoc

- p] licentiosos seu acediosos. Vult dicere: Si vera adsit cognitio Christi, non erit infrugifera seu absque vere bonis operibus. Hactenus audivimus Ioannem dicentem summam Christianismi, nempe veram cognitionem Dei et ipsius Christi. Iam admonet etiam hoc videndum, ne ipsa cognitio ficta et simulata sit, id quod in multis conspicimus, in quibus solida non est sed inconstans et velut spuma super aquam. Illi quidem meliores sunt persecutoribus verbi, tamen nihil inde sequitur nec vere credere censentur, nisi

3] aquam, est verboritas in lingua eorum. Et tamen meliores illis, qui impugnant. Pro illis etiam dicit in isto latere peccantes, qui gloriantur de Christi cognitione et nihil sequitur. Est quidem talis Christus ut supra, sed ut sequatur, ut sit vera cognitio, quae sit sita in vivendo et afficiendo non speculando.

5 Cognovimus et quod cognovimus eum, crit hoc signum: 'Si observemus mandata'. Generaliter loquitur contra omnes fictos Christianos, qui 'non ambulant', in erroribus habent veram lucem in verbo, speculationibus sed non in cordis penetralibus et manent in prisca vita, in odio, avaritia, superbia, licentiosa vita, prorsus nihil immutantur, non fiunt misericordes, humiles.

10 Est ergo infructuosa cognitio in ipsis, quia traditur ideo, ut impleamus mandata dei. Credere, quae est prima pars cognitionis nostrae, quod solus Christus auferat peccata. Altera pars est diligere fratrem. Ille implet legem, ut Ro. 3. Christus: 'quaecumque vultis', 'haec est lex' Matth. 7. Prima Matth. 7, 12

15 In libertatem vocati estis', Gal. 5. Ro. 13. Non nocet eius rebus: si Gal. 5, 1 egrotat, visitat, si pusillanimis, consolatur. Iam sic vivere, ut alteri similis utilis, daß wird signum sein, quod 1c. Quod inimicum tuum non odias et fratrem diligas, est signum cognoscere te Christum et haec cognitio est salus. Et si incidis in malam cogitationem, redis rursus. Si credo Christum stare pro me apud patrem, ne damner, statim naturaliter fluit charitas: Animi

2 peccates 5 eum o über signum steht per quod 6 mandato 20 Animi
c aus qui

loco docet Iohannes et dicit veram cognitionem non esse infrugiferam, sed sequi eam certos fructus obedienciae erga Deum et dilectionis erga proximum. Non enim esse ociosam doctrinam, quae in speculatione quadam sit posita, sed afferre novam vitam et motus novos. Quare ipsi se probent, num vere iacent se Christum cognoscere, cum tamen non sequatur
25 vita illa cognitione digna.

P] fidem bonis operibus probent. Non enim in speculando consistit vera cognitio sed pergit ad operationem.

'Quoniam cognovimus eum, si iussa illius observamus.' Generaliter loquitur contra omnes Christianos, praesertim licentiosos, qui manent in priori vita, avaritia, ambitione, seortatione. Ideo nobis est tradita cognitio Christi, ut impleamus mandata Dei. Prima enim Christianismi pars lex, altera dilectio fratris, Ro. 13. 'Nemini quicquam debeatis nisi hoc, ut invicem Rom. 13, 8 vos diligatis.' Et Matth. 7. 'Omnia, quaecumque vultis, ut faciant vobis Matth. 7, 12 homines, ita et vos facite illis.' Primum liberamur a peccato et tum proximo inservimus omnibus viribus. Atque per hoc cognoscis in te esse regnum Dei, si fratrem non odis. Nam etsi nonnunquam irascaris, tamen remittendum et cogitandum tibi est, quod male egeris. Si inciderit sollicitatio concupiscentiae ad peccatum, nec desperandum neque etiam desistendum a pugna. Christianus pugnat contra ignorantes Christi et contra male vigi-

3) sunt blandicordes et expositi omnibus, tolerant infirmos, ii sunt, de quibus Iohannes: implemus mandata eius. Tum peccatum quidem sollicitat, sed non triumphat et caput serpentis contero. Totus est in pugna Christianus, sed habet fortem propugnatorem Christum in celis. Contra fictos et hypocriticos Christianos ergo loquitur hic. Quando vero quis sentit se paratum ad amandum propter Christum, gratias agat. Hoc quod non facio, dicat, Iesu, tu fac et da spiritum, ut plus faciam. Christianismus ergo habet semper tentationes, pugnat contra fictos et falsos. Illis resistendum impugnantibus et illuminandum, qui audiunt. Ibi exhortatio et continua sollicitatio, ita currit doctrina, quia Satan non quiescit et manebit usque in finem: tempore apostoli fuit, videmus hodie multos praedicatores, qui egregie docent sed avari sunt et quaerunt gloriam, et apparet Satan potentius regnare quam antea. Prius nausea monachorum alita, plus est solitudinis pro ista misera vita quam ante. Quae causa? Satan. Ante Euangelium non habuimus tot hostes, iam totus mundus adversatur, hic apud nos per desidiam, avariciam. Ibi non desistendum, quia signum, quod verbum efficax sit, quia si non esset, non impeteret. Videt sibi eripi animam, alibi aliam, hoc videns facit duplo deteriores, tum desperare volumus. Si in ista civitate duo sunt, qui serio suscipiunt Euangelium, non frustra docuimus, qui pii nos 2c. Apparent res post Euangelium semper esse peiores, sed non est, quia Satan est iracundus, quod auferuntur ei spolia. Id ne nos pateremur. Certe si collum

642, 5 — 643, 2 Qui igitur sic se invenit, quod sit paratus ad iuvandum proximum, is Deo agat pro tanto dono gracias et dicat: quod adhuc mihi deest et non facio, hoc tu fac, domine Iesu, et da spiritum, ut adhuc amplius faciam. Sic Christianismus semper habet tentationes. Aut enim pugnandum est contra fictos et falsos fratres et *[c aus aut/* contra impugnantes doctrinam hanc aut illuminandi sunt qui nondum audiverunt Euangelion. Antequam audiverint, sunt exhortandi, quia Sathan nunquam quiescit ecclesiam sollicitare. Hoc apostolis ita accidit. Quare nos quoque hanc fortunam aequo animo feramus et cum videmus multa enasci nunc mala, quae ante Euangelii doctrinam non sentiebantur, cogitemus id esse signum verae doctrinae. Quia enim Sathan, qui sub Papa in ocio erat, nunc per verbum se peti sentit, omnia conatur, ut Euangelion et fidem extinguat. Hinc sunt hereses illae, bella et seditiones. Imo apud nos ipsos maior est sollicitudo pro vita, minor ardor ad bona opera, quam antea fuit sub papatu. Unde? nimirum, quia Sathan nobis iratus est et omni genere insidiarum nos petit, ut duplo peiores facti incipiamus abiicere Euangelion et fidem, ut ministri verbi, cum vident hanc in auditoribus ingratitude, avariciam, iniurias &c., fracti tedio desperent de fructu verbi et cessent ab officio. Sed contra haec erigendus est animus et satis magnum operae pretium debemus existimare, si in hac¹ urbe viginti sunt Christiani, qui verbum serio amplectuntur &c. Atque haec causa est, cur tam vehemens sit Iohannes in hac exhortatione. Repetit enim sententiam negative.

¹) hac hat Bruns gesetzt für ein unleserliches Wort der Hdschr.: viar (?)

p]lautes, qui docendi sunt, ut in sana doctrina permaneant, atque exhortandi sunt diligenter quamvis in utraque defectuosi. Non tamen desistendum a praedicatione, sed ficti et negligentes Christiani monendi et hortandi sunt, ignorantibus vero et errantibus docendi quacunq[ue] opportunitate.

23] mihi una hora posset vigesies frangere, faceret. Semper exhortandi pigri, alii convincendi. Si non facimus, est signum 2c., ut sequitur.

‘Qui dicit se nosse.’ Habuit negotium certe Iohannes cum falsis Chri-2, 4
stianis fratribus, qui dicunt se habere cognitum Euangelium, Christum.
5 Cognitio dei scire, quod Christus sit salvator et paracletus noster, quem
acceptet et non intueatur tantum oculis iracundis. Interponit sanguinem
suum inter deum et hominem, per quem vult respicere deus. Si istius sanguine
alius venit 2c. Ista noverunt doceri, sed, inquit: ‘et non’, mentitur, tamen sciunt,
quia aliter loquuntur quam adfecti. Locuti sunt istam doctrinam ad meram
10 iactantiam. Hoc faciunt et nostri Rottenses, fructus sequuntur: negabant eius
divinitatem et humanitatem. Verba audiunt ex eo, didicerunt a nobis hoc
doceri, iam gloriam ipsi volunt habere, quaerunt sub nomine Christi et verbi
eius gloriam et ventrem. Sed illorum gloria est nihil, quia sunt mendaces
et ostentatio mera. ‘Veritas’ quare addit, cum sint idem? Supra: deus est 1. Joh. 1, 5
15 lux, sed ungläub fingit sibi deum et format sibi opiniones de deo mendaces.
Sic hic: qui sine mandatorum dei observatione cognitionem dei iactat, primo
est mendax, non habet cognitionem Christi, secundo veritatem: hoc contra
speciem, qua volunt esse Christiani i. e. quicquid jurwendet, quod vultis
simpliciter esse veraces, ißt nicht war. Donatistae contra Augustinum: Tu
20 contumelia nos adficiis. Deinde ipsi occidebantur mutuo et alii praecipitabant

4 dicunt] dt [sonst = dicit/ 10 fructus sequuntur o 15 ungläub] vng:
18 (dr) vultis

p] ‘Qui dicit se nosse deum et praecepta eius non servat.’ Contra osten-2, 4
tatores loquitur, qui in omnibus suis negotiis nihil aliud quaerunt nisi nomen
et gloriam. Agit Ioannes cum filiis et filiabus. Tales nostri Syvermeri, qui
fatentur se nosse deum et praecepta servare, cum tamen ea non servant nec
25 sermonem eius seu credant, quae Ioanni eadem sunt 2c. ut sequitur, wer
aber ein anders redet, als er gefinnet ißt, der ißt ein lügner.

‘Et veritas non est in eo’ hoc est, quod supra dixit: Deus lux est et
tenebrae in eo non sunt ullae. In istis sunt tenebrae ignorantiae, errores et
haereses, unusquisque cogitationibus suis proprium sibi Dei cultum fingit,
30 fie maßen ihren Gott anders ab denn er ißt. Vult dicere: alles was ihr
vowendet, das ißt nicht wahr, jagt und thut, was ihr wollet. Et vide, ut
tamen distinguat inter mendacem esse et veritatem in aliquo non esse. Pro-
prie enim perecelluntur haeretici, qui fidem salvificam mentiebantur, imo ne
quidem ad veritatis cognitionem pervenerant. Donatistae tetrici multum
35 gloriabantur de fide, vita et continentia atque *arozetia*, propria seu inter
ipsum assumpta morte. Primo enim mane cum alter alterum convenisset,
post salutationem continuo subintulit: Interfice me. Quod si is noluisse,
ille se praecipitando interemit. Haec inter ipsos praeclearissima facinora,

2] se. Ibi iactabant ꝛ. Non estis solum, inquit Augustinus, mendaces et quic-
 quid pro vestra specie extollitis, nihil est, sed est vana species. Oportet sit
 Matth. 5, 10 poena et causa mortis, Matth. 5. Sic nostri Rottenses: gloriantur de cruce.
 Quærimus: quæ est causa? Error, et ista causa est furoris.
 2, 5 'Qui autem servat verbum eius vere.' Dilemma: qui mandata eius 5
 non, et econtra (duæ partes). Iam conclusio. Ibi vides, de quo praecepto dei
 Num. 13, 9 loquatur: Paulus vocat charitatem, in qua recapitulatur tota lex. Tamen
 diximus heri, quod non sumus perfecti. Haec duo privilegia habemus: Cog-
 nitio Christi et non odimus fratres non querentes eius ꝛ. da heiẞt: donum
 quod nisi adesset, raperemus ꝛ. Alterum, quod habemus propiciatorem 10
 Christum, qui stat cum sua iusticia. Si tantum servemus eius verbum,
 est perfecta charitas, si etiam non est perfecta, quia Christus mach̃t sua
 iustitia tantam nebulam deo fur augen, ut nullum possit videre peccatorem.
 Tam magna iustitia Christi, ut tegat peccata hominum in conspectu dei, ut
 nulla videat. Negligentes Christiani, licet vivant in avaricia, morbis et vitiis, 15
 agnoscunt peccata, quia sunt denotata peccata, die fan man hin an bringen.

1 2 et quicquid bis nihil est rh 6 duæ ptes o

644, 5 — 645, 2 Hic vides, de quo praecepto loquatur. Sic Paulus vocat charitatem, in
 qua recapituletur tota lex. Sed quomodo convenit haec sententia cum superioribus? Diximus
 enim supra, quod nemo sit perfectus. Respondeo: christiani habent duo privilegia: primum
 et summum est cognitio Christi seu ipse Christus, in quo habent non solum charitatem per- 20
 fectam, sed perfectas omnes alias virtutes christianas. In Christo enim nullum est peccatum,
 sed omnia summe sancta et pura. Deinde habent etiam primicias spiritus et donum faciendae
 legis aliquousque. Etsi autem, dum in hac carne vivimus, haec posterior iusticia, qua legi
 satisfacimus, nunquam possit esse perfecta, sicut supra in 1. cap. Iohannes dixit, tamen
 quia habemus praeter hanc nostram [rh] legis iusticiam aliam iusticiam extra nos positam 25
 [extra nos positam rh] nempe iusticiam Christi, quæ per fidem nostra sit, ideo etiam illa
 nostra imperfecta iusticia reputatur pro perfecta iusticia: Quia Christus cum sua iusticia
 quasi nebulam oculis dei offendit, ut peccata, quæ in nobis sunt, non videat prae magni-
 tudine iusticiae Christi, qua suos, qui in ipsum credunt, obumbrat ac tegit. Est igitur
 utrumque verum: primum quod Christiani [rh] sint perfecti et sine omni peccato, si scilicet 30
 eos consideres, quales sint in Christo. Deinde quod sint pleni peccatis et habeant opus
 remissione peccatorum perpetua, si scilicet eos consideres, quales sint in se extra Christum.
 Ergo Fratres, qui per negligenciam aut infirmitatem labuntur in peccata carnis, ut sunt
 avaricia, libido, ambicio, invidia &c., illis adhuc potest consuli. Sunt enim eiusmodi peccata,

p]sed tamen veritas in ipsis non erat. Augustinus enim contra illos scribens 35
 dicit ad martyrium requiri causam et poenam et deiecit omnem eorum gloriam.

2, 5 'Qui autem servat sermonem eius' conclusio est, siquidem quod prae-
 cessit et iam proxime expositum est, dilemma fuit. Ego intelligo loqui
 Ioannem non de praeceptis sed de verbo Euangelii, quod servat is, qui
 Joh. 8, 55 Deum novit. Ioann. 8. 'Ego scio eum et sermonem eius servo.' 40
 'Vere in hoc charitas Dei perfecta est.' Ille habet consolationem in
 corde, quod Deum et proximum amat.

3] Sed qui contra verbum pugnant, si amiserunt verbum, ibi nulla spes resipiscientiae, nulla charitas. Loquitur hic simpliciter de verbo Euangelii. Videte, inquit, ut cognitionem de Christo veram habeamus, ut servemus eius verbum, ne auferri sinamus, quia Satan, Sectae, pigritia veteris hominis, et vult
 5 reddere inutile. Ergo orandum, vigilandum, ut in toto verbum retineamus. Tum manet et cognitio, quam sequitur charitas et quod illi defuerit, supplebitur per Christum, cuius verbo adhaeremus. Vides, quid apostoli praedicarint. Satan horrendo nobiscum agit, vult auferre verbum. Orandum propter hoc, quod Satan non cessat insectari omnibus viribus suis. Iam coepit nos dis-
 10 pergere propter verbum, nomen dei conservandum et non auferat hanc lucem tam subito. Debemus orare et sciat quisque sic orationem exaudiri. Quamquam Christi mors est luerum. 300 personas hat ex zu ruck getrieben, ne audirent verbum dei, ex quibus aliqui promovissent. Princeps est in domo eius, non potest pati etc. Id est, habet testimonium, quod deum vere diligit
 15 et proximum. 'In hoc': propria phrasis Iohannis. Et per hoc cognoscimus. Christus: 'ex fructibus eorum'. Ibi vitam aliis declarat cognitionem Christi ^{Matth. 7, 16} quae est, ut Ioh. 6. 'in me manet et ego'. Nos scimus tanquam per signum, ^{Ioh. 6, 56} quod simus in ipso, qui est aeterna sanctitas, bonitas, potentia. Ergo in eo conclusi et moramur tanquam in horto, qui est aeterna iustitia. Magna ergo
 20 res, quod peccator habitare in aeterna iustitia debeat. Si quis in paradiso, ego Christum pro centum milibus paradisis. Qui est in verbo eius, potest se solari, quia habet eius propiciationem, neminem scit, cui male faveat, ergo credit, quod sit in eo.

'Debet, sicut ille ambulavit.' Das macht er auch ad charitatem et 2, 6

1 si c aus ibi 1/2 resipiscientiae o 5 redde zu 9/10 Et sicut Satan dispersit dei regnum, ita ipse Satanae dispergat et sicut ipse in morte peste gloriatur, deus in vita etc. r
 10 nomen o 14 vere o

25 quae ipsa ratio agnoscere cogitur ut peccata nec potest ea pro iusticia defendere. Qui autem contra verbum pugnant, de illis nulla spes est resipiscenciae . . .

645, 24 — 646, 15 Pertinent haec quoque contra falsos Christianos, qui gloriantur de more¹

¹) more] nore *Schreibfehler*; *Bruns setzt* morte

p] 'Per hoc scimus, quod in ipso sumus' propria phrasis Ioanni. Christus diceret: qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum, Ioann. 15, 3 ^{Ioh. 15, 5}
 30 Ego miser Christianus circumfoveor a Christo, aeterna iustitia, nec sinam peccatum in me regnare, ideo spero, imo credo, quod sim in eo.

'In hoc scimus, quod in ipso sumus.' Audivimus Ioannem hic agere, ut fidem nostram testemur bonis operibus et fructibus charitatis. Ut diligas fratrem, non satis est non odisse illum, sed oportet etiam benefacere illi.

35 'Qui dicit se in ipso manere.' Cum ait 'qui dicit se', semper suggillat 2, 6

23] contra fictos Christianos, quia multi sunt, qui dicunt, inquit, in Christo et non ambulant ut Christus. Prius accepit pro se totum Christum non solum ambulasse in charitate sed etiam traditum ad mortem pro nobis. Ergo sic quisque Christianus ambulet ut Christus, quia ubi Christus habitat, illum reddit sibi conformem, ut Satan plenum omnibus malis reddit suum. Mansuetum, paratum pati, mori pro proximo, sicut Christus ipse fecit. Ergo omnes morientes pro verbo pro Christianis moriuntur, ut confirmentur alii, daß heißt ambulare ut Christus, quia ita loquitur 'Dicit'. Quando sic loquitur, perstringit fictos Christianos, daß ist in genere gereth, postea in specie: Si Christus pro nobis, debemus et nos ponere. Rottenses sunt pleni invidia et nos dicunt tales. Quare? Quia damnamus eorum scripta.

9. Septemb:] 'Ambulare'. Audistis sanctum Iohannem hoc agere, ut fidem nostram testemur operibus et fructibus charitatis. Qui fructus sint, ipse se exponit, ita ut charitatem tractet affirmative et negative: Quia non est 2, 7 diligere fratrem, si non oderis, si etiam non benefeceris &c. 'Novum.' Hic per modum praecupationis scribit. Quia Iohannes contra novos doctores scribit et illos tangit, quasi dicat: nihil mandati a me expectetis, quia multi, 3ac. 3, 1 qui nova mandata docent. Sic Iacobus: 'nolite fieri magistri', quoniam fundamentum est iactum doctrinae, tamen quisque vult melius facere. Dia-

4 ubi Christus] vbi X—9 [d. i. sonst Christianus]
17 mandati e aus novi

8 Quando sic loquitur o

Christi et tamen non ambulant sicut Christiani. Intuetur autem Iohannes totum Christum, qui non solum in charitate ambulavit, sed etiam in [o] mortem se tradidit pro nobis. Ergo Christiani quoque sic debent vivere, ut praeter charitatis officia, quae debent fratribus, sustineant crucem et paciantur se conformes fieri Imagini filii Dei, ut sint mansueti et parati mortem sustinere pro proximo, sicut Christus mortem pro nobis sustinuit. Quanquam faciendum hic discrimen est nostrae mortis et mortis Christi. Unius Christi mors nos liberat ab aeterna morte et reatu peccati. Nostra autem mors, quam sustinemus propter fidem et confessionem verbi, alium finem longe inferiorem habet, nempe ut confirmentur per nos sancti fideles et consolationem accipiant, ut ipsi quoque nostro exemplo verbo credant et propter verbum omnia pacienter ferant. Summa igitur tocins huius loci est, ut fidem nostram testemur bonis operibus. Atque hic vides Iohannem longe alio modo ad bona opera hortari, quam adversarii solent. Ponit enim bona opera signa fidei, illi fidei opera antepont (Hic) et eis tribuunt salutem. Fractat autem charitatem affirmative et negative. Neque enim hoc est diligere fratrem: non odisse eum, sed debet etiam alterum fieri: ut ei prosis, ubicunque possis.

p] iactatores et fictos Christianos. Daß sol daß wahrzeichen seyn, daran sie zu erkennen, an veri Christiani sint nec ne. Ubi Christus per fidem inhabitat, ibi reddit hominem illum conformem sibi nempe humilem, mansuetum, paratum iuvare proximum in quavis necessitate.

2, 7 'Carissimi, non novum mandatum scribo vobis.' Sanctus vir hoc scribit per modum praecupationis, quia Ioannes scribit contra novos doctores. Deinde suggillat eos dicens: Nolite putare, quod nova scribam vobis, imo

3] bolus imitatur semper hanc lucem et suscitatur suos magistros. Ego in hoc ergo scribo, ut conservem vos in doctrina, quam suscepistis. Sic Paulus sollicitus, ut ecclesiae maneat in doctrina. Sic nostra pugna est, ut doctrina maneat in eis. Iactum est fundamentum, i. e. ortus est sol iustitiae. Iam
 5 tam multi novi doctores insurgunt, ut sat nobis negotii, ut conservetur dogma. Id est, nolite habere viles cogitationes, quod velim novi quid, sed 'fides et charitas'. Ideo scribo priora, ut custodiam a novis vos. Sic nobis faciendum: quod prius docuimus, reiterandum nobis. Iam Schwermen sit contra Sacramentum et baptismum, sed post contra fidem etc. Id est, vos volo in
 10 simplicitate retinere in Christo contra novos, ut non suspicietis ad nova dogmata sed manete. Sic deus nos custodiat, Satan non dormit, deus custodiat nos a vana gloria in doctrinam. Nemo gloriatur de hac doctrina quam deus. Si gloriatur, est diabolica tentatio. Magno consilio et divino fecit deus, ut Euangelium sit verbum crucis, ut premat bestiam vanam gloriam, subicit Satanae persecutionibus, ut sciamus esse non vanum etc. Sectarii
 15 inspicunt praemium.

'Ab initio' Euangelii praedicati, a nobis auditi. Haec Epistola scripta ferme in fine vitae Ioannis. Non mirum, quod vivens usque ad resurrectionem sectarum, cum ipsi apostoli viventes non potuerunt invenire. Id est, antiquum,
 20 prius, ab initio. Summa summarum: huc euch fux neuer Ieren et retinet vetus. Iterum conerit pestilentes doctores. Si volunt novam habere, quare 2, s

8 nobis] nos 16 praemium *verwischen* 20 initii

647, 21 — 648, 6 Conerit hic iterum pestilentes doctores, quod idem vetus et novum man-

p] plus satis novi habetis. Ubique oritur lux veritatis, adest diabolus et suscitatur alios novos magistros. Imo vero, fratres, haec scribo, ut conservem
 25 vos in doctrina, quam accepistis. Sic Paulus ubique in suis Epistolis idem monet. Sic et nobis omnis pugna debet, ut conservemus doctrinam adversus novos doctores. Fratres, nolite cogitare aliquid novi me docturum. Tantum laboro, ut conservem vos in priori tradita doctrina. Ego volo vos in simplicitate retinere contra novos doctores. Manete in simplicitate et veteri
 30 doctrina, quam accepistis. Cavete ante omnia, ne gloriemini, ne petatis gloriam. In sacris literis Diabolica tentatio est velle gloriari. Ideo sic disposuit Deus, ut verbum Euangelii esset verbum crucis, ut opprimeret istam vanam gloriam.

'Sed mandatum vetus, quod habuistis ab initio', scilicet praedicati
 35 Euangelii. Ex hoc loco colligi licet hanc Epistolam esse scriptam sub finem vitae Ioannis, sicuti etiam secundum Petri. Ipsi Apostoli dum viverent, coacti sunt ferre istos magistros novos, nihil mirum, si et hodie nos ferre cogamur.

'Mandatum novum scribo vobis, quod verum est in ipso et in vobis', 2, s
 40 Est vere nova doctrina, imo est sola doctrina. Iterum contra novos doctores

3] non arripiunt illam et videbunt eam novam, quia nunquam est mundo cognita, quia Euangelium sapientia manet nova, quia vetus homo non intelligit, quae ad tempus est nova. Quod secundum adfectum et rem semper nova, quia nos semper renovamur, et Rottensibus est semper nova et mundo. Rottenses scribunt de fide, sed non in corde habent, alioqui non innovarent 5 novas doctrinas. Quare nova? Quod verum est, est 'novum' sed non cognoscitur nisi apud vos. Ipsi nostis: et deus Christus. Vos scitis esse verum Christum, etiam alii ignorant et damnant tanquam tenebras et errorem sua somnia erigunt. Sicque probat, quia 'tenebrae'. Ergo ante hoc mandatum 5ob. 1, 5 novum erant tenebrae et non lux. Ergo novum mandatum Lux: 'lucet in', 10 Ioh. 1. Est illis absconditum, non vident. Summa summarum: Cavete a Eph. 4, 14 novis, quod scripsi prius vobis *ist neu sat*, 'ne circumferamini omni vento doctrinae'. Haec natura nostra, ubi spiritus non est, quando quis rem audit 1 annum, putat se scire. Natura sic facit: Cito fastidit, quod semel recepit. Iesus Christus est iusticia, *das fan ich*. Si alia opinio venit, *pump hin ein*, 15 omnes saturi contemnunt doctrinam iustificationis et fructum spiritus. Sapit vero, quod in sacramento sit panis. Post illam opinionem sequetur alia. Si iam ad nos veniret novus praedicator, *hiengs im alls an*.

Id est, Christus lucet per verbum suum in vobis. Iterum damnat adversariorum doctores: In vobis lucet, in eis tenebrae nondum abierunt. 20

7 et deus] *ob* est deus? 16 iustificationis

datum dicit. Q. D. si volunt habere novum mandatum et doctrinam novam, quare non arripiunt illam veterem, quam nos ab initio tradidimus [*quam bis tradidimus rh*], et videbunt eam vere novam esse, quia mundo plane est incognita, et Euangelion semper manet novum, neque enim a veteri homine intelligitur. Quod ad tempus igitur attinet, est vetus doctrina iam olim sparsa per Apostolos in mundum. Sed quod attinet ad Aspectum et rem seu effectum, est nova doctrina, per quam nos quotidie renovamur. Nostri adversarii tam Papistae quam Rottenses etiam de fide clamare norunt, sed si eam vere intelligerent, quid esset, non quaererent nova dogmata sed in hac una viderent sibi toto tempore vitae discendum et sudandum neque tamen eam perdisci posse. 25

p] et haereticos. Si velint habere aliquid novi, accipiant hanc doctrinam, quae certe est nova nunquam mundo cognita et iis, quibus est cognita, ideo nova, quod eos in dies renovat, qui illam suscipiunt. Mandatum est novum in Christo, qui nunc revelatus est et novum nobis, quos illuminat. Ergo hanc doctrinam servate. Reliquae doctrinae erunt tenebrae et non lux. Summa, caveto a nova doctrina, sicut Paulus ait, 'Nec circumferamini omni vento 35 doctrinae', Eph. IV.

'Quia tenebrae transierunt, et verbum iam lucet.' Iterum damnat adversarios, in quibus tenebrae nondum abierant, habebant fallax lumen, non

33 novum nobis] *no(vum)* || nobis

3] Iactant quidem tenebrarum abitionem, habent quidem lumen sed fallax, transfigurant se in angelum lucis. Horrendum est, quod nomen habent doctorum Christi. Satan non loquitur ut Satan, sed sic insinuat se mentibus, ut videatur ipsa maiestas vel Gabriel. Sic eius angeli, ut Paulus: 'ministri Christi' 2. Cor. 11, 23
 5 sunt, et ego', sed operarii subdoli. Quis ergo securus, quando pugnandum cum illis, qui iactant gloriam dei et ministerium Christi. Ego auderem me quidem vocare servum dei, sed non, ne fiat opereculum hoc nomen. Lucet. Ubi? in ipso. In illis etiam sed fallax sub nomine Christi et dei.

'Qui dicit se in luce esse.' Heretici hoc non possunt omittere, quia 2, 9
 10 sicut est spiritus ita vita. Teterrimo odio persequuntur Christianos, qui sunt in simplicitate, qui habent veram lucem. Tenemur studio insectari eorum doctrinam, adeo oderam illos. Non est satis odisse sed toto corde, sed tamen diligimus, ut revertantur. Quod placeret hoc 'significat' cordibus. Si bona guttula sanguinis in me, non possum pati propter Christum. Tum
 15 arguimur immodestiae, tum dicimus ipsos cecos, quis Iudex hic? Iudicium est illius, cuius est verbum. Species adest, quasi modesti et charitativi. Sed

16 species] spes [*Verschen für spēs*]

649, 9 — 650, 15 Haec est nota certissima haereticorum, quod oderunt et persequuntur veram ecclesiam, quae in simplicitate verbi ambulat. Quod autem nos quoque eorum doctrinam publice insectamur et damnamus, non fit odio ipsorum: cuperemus enim ipsos, quoquo
 20 modo fieri posset, in viam reduci, sed quia sic exigit nostrum ministerium. Quis enim vere pius minister aequo animo paciatur Dominum suum Iesum Christum ab impiis sectis cum tanto ecclesiae incommodo non recte doceri? Cum igitur nos serio ipsis opponimus, immodestiae nos arguunt. Atqui in docendo modestos, in refutando acres esse convenit. Nec ibi est odium, sed iusta severitas, quam ministerium nobis imponit. Adversarii autem nostri sic

p] 25 verum, transfigurabant se in angelos lucis et doctores. Diabolus sic se insinuat in cordibus nostris, non, ut malus et falsus, sed, sicuti bonus et optimus, et ut angelus lucis. Sic etiam eius magistri 'servi Christi, ministri Christi', sub istis titulis imponunt hominibus. Sed verum lumen lucet in ipso, et in nobis, dabey bleiben wir. In ipsis vero fallax lumen.

30 'Qui dicit, se in luce esse, et fratrem suum odit.' Haeretici hoc non 2, 9 possunt committere, quia sicut sunt spiritus, sic fructificent. Nos tenemur odisse eorum dogmata et studia. 'Perfecto odio oderam illos, qui inimici sunt mihi', Ps. CXXXIX. Toto corde eos debeo odisse. Annon dolere 31. 139, 22 mihi debet propter Christum, quod sic depravant verba Christi, 'Est' hoc est, 35 'significat'. Quod cum facimus, illi nos oderunt, et clamant, nos esse contemptores charitatis. Simulant quidem modestiam et charitatem, sed intus sunt pleni odiis. Qui non est in lumine vero, non potest diligere fratrem, immo, extinctam vellet omnem charitatem. Tantum, ut maneat eorum dogmata, ipsi occultant sua odia, persecutiones et tyrannides: studium gloriae
 40 Dei, et zelum ardentem pro veritate. Sed, qui non manet in vero lumine,

R]atrocissimo odio laborant. Qui ergo non est simpliciter in luce, non potest
 sine odio esse, quia hereticus vellet extinctam Christianitatem, ut sua doctrina
 Gal. 5, 19 et opera carnis, Gal. Hoc odium eorum, inquit Iohannes, ornant et dicunt
 se in luce esse et odientes nos dicunt zelum et dicunt omnia facere pro
 gloria dei, ut et Papa, quando comburit x. Sie nemo potest eos facere 5
 peccatores. Studium gloriae dei est ipsorum iracundia, sed dicunt zelum
 ardentem pro veritate. Ergo hereticus non convertitur. Iohannes: qui non
 manet in lumine nec in charitate. Deinde fructus spiritus sunt certi. Qui
 ergo deficit a lumine, illius opera sunt hypocrisis et amarulentia, quia non
 adest spiritus sed diabolus, quia fructus spiritus non crescit nisi in spiritu. 10
 Luc. 6, 43 'Arbor mala', Luce, sicut faciunt novi spiritus et doctores. 'Odit' sicut cogun-
 tur odisse. 'In tenebris adhuc' sic loquitur: hoc facitis propter speciem con-
 versionis. Sed, o Iohannes, haec non creduntur nisi ab his, qui sunt in luce
 ut Christo et Christianis. 'Dicunt' ista iactare esse in luce. Sed Iohannes
 hat muß sein opprobrium, contemptus, tenebrae, ipsi: gloria, lux. Qui 15
 sunt in errore, oportet titulum habeant, quod sint verissimi, econtra pii
 doctores sunt seductores. Si apostoli tulerunt, et nos x.
 2, 10 'Qui diligit fratrem.' Antithesis. Signum et certitudo, quod sit in
 lumine, est charitas. Tamen sunt modesti et Christiani et rottae, ut dictum.

1 in o 12 adhuc sic loquitur o 16 in o

se nobis opponunt, ut cupiant (ex) nos una cum doctrina nostra in perpetuum extinctos 20
 idque agunt et quaerunt tot practicis, ut vocant, ut nemini possit esse dubium eos ad causam
 acerbissimum odium afferre et vere natos esse ex spiritu mendaci et homicida. Ornant autem
 hoc odium, ut Iohannes hic clare dicit, titulo lucis et gloriantur se esse in luce, vocant
 zelum non odium et studium gloriae Dei non iram. Quare impossibile est nos converti, cum
 peccatum suum tam honestis titulis ornent neque sinant se peccatores argui. Nos tamen 25
 scire debemus iudicium S. Iohannis esse verum, quod qui non manent in lumine, nec in
 charitate manent et quod fructus spiritus sunt recti. Qui ergo a lumine deficiunt, illorum
 opera sunt hypocrisis et mera amarulentia, quia non gubernantur a Spiritu sancto sed a
 diabolo, et quanquam iactent se esse in lumine, tamen sunt revera in maximis tenebris, sicut
 ostendunt opera tenebrarum. Sed non creduntur haec nisi ab his, qui sunt in lumine. 30
 Quare non dubium est, quin illi ipsi, contra quos haec scripsit Iohannes, (appellarint) duxerint
 eum (pro) tanquam opprobrium et tenebras, se autem admirati sint tanquam gloriam et lucem.

P]non manet in charitate, fructus Spiritus non crescunt, nisi in Spiritu. 'Non
 Matth. 8, 18 potest arbor mala fructus bonos facere', Matth. VIII.

'Qui dicit, se in luce esse.' Sicuti isti Rottenses usque adhuc hoc dicunt, 35
 ob speciem confessionis. Hoc illi non agnoscunt, immo dicunt, se esse in
 luce. Christus vero et sui vident, illos esse in tenebris, quia obscurant
 lucem Euangelicam. Habent gloriam, quod habent Euangelium, coram
 diabolo et mundo. Hoc accidit Apostolis, non mirum, quod et nobis.

2, 10 'Qui diligit fratrem suum, in lumine manet.' Antithesis est, Christiani 40

33] Verus Christianus nollet perire istos adversarios, sed odit doctrinam, verbum et seductionem eorum. Econtra adversarii vellent extirpatum adversariorum genus. Odium sanctum et malignum: sanctum in Christianis, malignum in Rottis.

5 'Et scandalum.' Quid hoc? Ambigua locutio potest intelligi de passivo et activo. Ego de passivo accipio: Et est, ipsi ambulant in lumine et non scandalizantur ista specie, pompa, iactantia novorum doctorum, sed perseverant in doctrina et non est illis scandalum, quia diligunt legem tuam, illi simpliciter adhaerent. Scandala quidem sunt, Matth. 18., tamen non Matth. 18, 7
10 offenduntur. Activa significatio: neminem offendat, Christus in suo regno habet multa scandala, deinde ipse etiam est Iudaeis et gentibus. Sed de 1. Cor. 1, 23 hoc puto eum non loqui, sed: Adversarii sunt pleni scandalis, offenduntur singulis verbis non aptis, Christianus econtra nihil offenditur doctrina impiorum, non corrumpitur infirmitate, impietate, non mutatur, sed simpliciter
15 manet in charitate, 1. Cor. 13. diligenter lege. Sive contemnat eum, maledicet, 1. Cor. 13, 4 7 non offenditur, sic perfectus est in cognitione luminis, quod eum conservat, novam doctrinam transit surda aure, malitia adversariorum nihil movetur, persequentes audit nihil etc. quia habet lumen et radicans per charitatem.

7 scandalizatur

14 impietate o

651, 5 — 652, 7 Quod addit 'et scandalum non est in ipso', est ambigua locutio. Potest
20 enim accipi active et passive. Ego tamen malo de passivo scandalo accipere, ut sit sententia: Si qui ambulant in lumine, non scandalizantur ista specie, pompa et iactantia novorum doctorum, sed perseverant in sacra doctrina nec offenduntur, quia diligunt legem tuam, cui simplici fide adhaerent. Activa significatio est: quod neminem offendit. Sed ego malo priorem illam sequi, Quia Christus in suo regno multa habet scandala, sicut et Matth. 18. dicitur, et Matth. 18, 7
25 ipse Christus est scandalum Iudaeis et gentibus. Sicut ut quoque sumus pleni scandalorum in oculis adversariorum nostrorum. Omnibus enim factis et dictis nostris offenduntur, sed nos non offendimur ipsorum doctrina aut vita, non corrumpimur aut imitamur propter ipsos, sed manemus immoti et constantes in nostro verbo et in charitate: (sicut et 1. Cor. 13.) ac [o] si quid ab ipsis male vivitur et docetur, transimus quasi surda aure et clausis oculis nec

p] 30 diligunt, et isti diligunt. Verum Christianus nollet illos perire, immo, vellet illis mederi, quanquam vehementer oderunt doctrinam. Utrum sit ex odio sancto et bono, iudicabit Christus.

'Et scandalum in eo non est.' Ambigua locutio, quae de 'passivo' et 'activo' scandalo potest intelligi, ego de passivo malim. Hoc est, ambulat
35 in lumine, et non scandalizatur ista specie luminis, sed constanter manet in lumine, non movetur ullo scandalo. 'Pax multa diligentibus legem tuam, Ps. 119, 165 et non est illis scandalum', Psalm. CXIX. Sic neminem scandalizat. Sed, non credo, de ista illum loqui infirmitate fratrum, 'non irritatur charitas', 'non excidit', 1. Cor. XIII. Verus Christianus nihil offenditur, sed 1. Cor. 13, 6, 8
40 est constans in cognitione illius luminis, audit novam doctrinam, sed nihil

3] Contra adversarii sunt eradicati, feruntur omni doctrina venti et optimis verbis offenduntur. Sive fratres sive optimi nominentur, suspitio mera: quando etiam admirari volumus eos. Si arguuntur, gloriantur de cruce: Christus utrumque et malum et bonum patitur. Hoc vides in libellis ipsorum: blanditias nostras vertunt in duplex venenum, in glorias martyrii nostras increpationes. Ita Satan est suspicax et facit suspitiosos. Hoc

Tit. 3, 10 Iohannes expertus, et Paulus: 'hereticum hominem post alteram admonitionem', quia nec flectitur bono nec malo &c. Proverbiorum: Iusto si fuerit causa cum stulto, sive rideat sive ploret, Wie man's mit im macht, non invenitur quies. Experti sancti homines, quasi dicat: in aliis omnibus est merum scandalum et nihil nisi scandalum.

2, 11 'Qui autem odit, in tenebris.' Verbosus est qui tamen alioqui paucis, quia loquitur hic contra spiritus fulgentes, quia isti fulgentes Satanae ita fulgent, ~~flect~~ in tenebris i. e. cor suum est nihil nisi tenebrae i. e. credere et sentire tenebrosa, secundo etiam in tenebris ambulant. Eorum conversatio est in tenebris: quod faciunt, patiuntur, ist irrung, est ambulare in tenebris et hoc multominus credunt, quia nullus fructus charitatis. 'Eat.' Fides et charitas sunt in meris tenebris. Deinde putant se ire ad gloriam dei et regnum dei, sed nesciunt, quo vadant. Et insuper nesciunt &c., si scirent saltem. Metaphora a luce sumpta: qui ambulat in tenebris, nescit.

'Quia tenebrae' semper contra speciem: iactant se in media luce ambulare, sed obscuratio est oculorum, sed hoc non credunt. Haec est praec-

2 (suscipio) suspitio 13 spiritus] species ist auch möglich zu 14 über nihil steht opinio 17 nullu(m)s fructu(m)s charitat(em)is

ipsorum exemplo peccamus &c. Contra ipsi, si eos blande admoneamus, vertunt blandicias illas in duplex venenum. Si obiurgamus durius, interpretantur nostras increpationes in gloriam martyrii. Et cum Sathan sit suspicax, facit eos suspiciosos, ut etiam quae optimo animo [optimo animo rh] facta sunt, in deteriorem rapiant partem. Hoc expertus est Iohannes et Paulus . . .

P] movetur, audit persecutionem, sed surda aure. Contra, adversarii cogitant malum, sive blanda, sive dura, illis dicantur. Blanditias nostras vertunt in venenum et adulationes. Paulus ait, 'Haereticum hominem, post unam et secundam admonitionem, devita', Tit. III., quia non flectitur bono, nec movetur malo. 'Vir sapiens, si cum stulto contenderit, sive irascatur, sive rideat, non inveniet quietem', Prov. XXIX.

2, 11 'Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, et in tenebris ambulat.' Credere et sentire tenebrosa, 'esse in tenebris', quicquid in isto sensu cordis faciunt et patiuntur, tenebrae sunt. Putant, se ire ad regnum et gloriam, et vadunt ad infernum. Inhaeret metaphorae a lumine corporali desumptae. 'Quia tenebrae obcaecaverunt oculos eius.' Haeretici gloriantur, se habere lucem, sed sunt merae tenebrae. Estque hic praecoccupatio, ut videas,

23] occupatio contra istos doctores novos, qui non in semel tradito mandato manent. Ideo oremus, ut servemur in luce ista. Non potest dici, quantis viribus conetur Satan, ut Christus ex corde auferatur, ex cordibus, 1. Petri 5. 1. Petri 5, 8 Non est otiosa doctrina res, quia invenit imparatos, multos deiicit. ~

5 10. Septemb. Heri audistis de odio illo impiorum Sanctorum, quales sunt heretici et novi magistri. Illorum odium est speciosissimum et non cernitur a carne et sanguine et est spirituale et vestitum ornatumque optima specie sanctitatis. Ideo requiritur iudicium spiritus ad hoc cognoscendum. Exemplum sint nostri Schwermeri, qui insectantur nos maxime et velant hoc studio
10 zeli dei. Spectant oculi eos errare et in odio diabolico vivere. Nunc iterum tractabit de odio et aliis vitiis, quae sunt crassiora, et facit in nostrum commodum, qui servamus verbum et tamen sumus adhuc peccatores, qui facile possunt coargui, quia ibi non sunt sectae. Ideo apparet Iohannem loqui de odio illorum, qui sunt negligentes. Excursus ergo facit ad eos,
15 qui crediderunt.

‘Seribo.’ Nova exhortatio ad pios, ut exhortetur eos, ut fructificent, 2, 12 qui iam sunt in sana doctrina. Alii habent speciosa opera et tamen invidis-

2 manent]	non manent	servemu(s)r	3 ex corde und ex cordibus ohne
Korrektur	11 quae] q	17 speciosa] spōsa	[kaum in sponsa aufzulösen]

653, 5 — 654, 1 Tractavit supra de odio illo impiorum sanctorum, quales sunt haeretici, et novorum dogmatum autores: quod eorum odium sit speciosissimum nec cernatur a sanguine
20 et carne. Est enim ornatum et vestitum specie sanctitatis; quare iudicium spiritus requiritur, ut illud recte cognoscamus. Nunc pergit nos hortari ad bona opera et aspergit doctrinam maxime utilem nobis, qui habemus verbum et tamen adhuc sumus peccatores, sed eiusmodi peccatores, qui facile possimus coargui nec peccatum nostrum defendamus. Loquitur enim cum iis, qui crediderunt, et novam exhortationem instituit, ut ii, qui iam sunt in sana doc-

p] 25 quid sit, recedere a vero lumine. Nos non credimus, sed Christus novit, quantis studiis insidiisve molitur Satan, ut eradiet nobis hoc lumen ex cordibus. Parum curat speciosam vitam et conversationem, ‘circumit, quærens, quem devoret’, 1. Petr. V. Quia multos invenit non paratos, ideo 1. Petri 5, 8 multos deiicit. Magnus et procellosus est ventus diaboli, qui extinguat
30 lumen nostrum.

Heri audivimus de odio impiorum sanctorum. Haeretici sunt et novi magistri, qui introducunt sectas perditionis, quorum odium, quia habet speciosum ornatum optima specie sanctitatis et fidei, non cognoscitur a carne, nisi a Spiritu iuvetur. Appellant enim studium gloriae Dei, quod moluntur.
35 Ceterum agit de odio et vitiis crassioribus. Solet enim Scriptura primum eos taxare, qui sub sanctitatis specie peccant, deinde, qui crassius peccant. Igitur subinde ad illos pergit, qui sunt negligentes et pigri.

‘Seribo vobis, filioli, quoniam vobis remittuntur peccata, propter nomen 2, 12 eius.’ Nova exhortatio ad pios, et exhortatur eos, cum sint in sana doctrina,

3] simi. Gedenkt dran, vos, quod docuistis. Omnis generis greift er an. Filioli habent sanam doctrinam, quod eis remittuntur peccata propter nomen. Ad patres, quod cognoverunt. Idem est, nisi quod maioribus tribuit cognitionem, filiis remissionem peccatorum, quasi parentes debeant plus nosse quam filii. 'Remittuntur' per hoc nihilominus indicat, quod in Iunioribus plus fervoris ad peccata. Tamen omnes in unum sumpti sunt prout ad diffidentiam, tamen specialia vitia, quibus una aetas prae alia etc. Haec
 Job 13, 26 doctrina, quam audivimus, est, quod remittuntur peccata. 'Et consumere
 Ps. 25, 7 vis me peccatis adolescentiae'. 'Delicta iuventutis.' Ergo haec doctrina debet praedicari, quod regnum Christi est regnum gratiae, misericordiae, remissionis peccatorum, quod hi, qui peccarunt, habeant spem remissionis, ut in Simbolo. Impii idem docent, iactant, scribunt. Sed in spiritu est ardua cogitatio et sublimis fides, quia sumus nati in peccatis et haec pavesciunt conscientias, quando apparent, quia stimulus mortis peccatum est. Ideo conservandum diligenter, ut sciant summam doctrinae hanc Remissionem peccatorum esse. Si est hoc verum, tunc sequitur, quod sumus in peccatis,
 1. Job. 1, 8 ut supra: 'si dixerimus', c. 1. Ubi enim non peccatum, ibi nulla remissio, nec potest orare 'pater noster', in qua¹ confitentur omnes se peccata habere.
 Ps. 19, 13 'Ab meis occultis munda' etc. Hypocritae remissionem peccatorum praedicant, sed profecto non credunt, ergo nondum sanctificatur, ergo adhuc adest reg-

¹ quod oder quid 6 ad (vor peccata) o

¹⁾ in qua nämlich oratione Hs. sicher qua, nicht quo

trina, fructificent ac veros fructus pariant non sicut solent haeretici, qui in speciosis operibus incedunt et tamen sunt plenissimi invidia. Loquitur autem cum omnium aetatum hominibus. . . .
 654, 19 — 655, 15 Hypocritae igitur Remissionem peccatorum quidem docent, sed non credunt, alioqui neque nos oppugnarent nec ipsi sic securi essent et merita quoque a deo po-

p] ut etiam fructificent. Eadem est omnium ratio, nisi, quod parentibus tribuit cognitionem, quasi parentes debeant plus sapere, quam iuvenes. Significat Ioannes, plus esse fervoris in iuvenibus ad peccandum. Iuvenis pronus ad libidinem, vir ad avaritiam et gloriam. Sic sunt spiritualia vitia, quibus unus prae alio fervet. Sic David, 'delicta iuventutis meae, et ignorantias meas, ne memineris', Psalm. XXV. Sic Iobus, 'Consumere me vis peccatis adolescentiae meae', XIII. Hoc ergo praedicat, Regnum Christi esse regnum remissionis peccatorum, quod illi, qui lapsi sunt, habeant spem remissionis. Impii idem docent, sed non idem sentiunt et intelligunt. Ideo hoc est diligenter observandum, ut sciant omnes, hanc esse praedicationis summam, remissionem peccatorum. Si hoc verum est, sequitur, nos esse sub peccato et peccare. Non enim diceremus, 'Dimitte nobis debita nostra',
 Ps. 25, 7
 Job 13, 26
 Ps. 19, 13 Matth. VI. 'Ab occultis meis me munda', Psalm. XIX. Oratio Dominica facit nos reos peccati, et obnoxios multis peccatis. 'Sanctificatur

- 23] num Satanæ et cæteræ orationes et omnia non fiunt, ut debent &c. Certe hæc grandia peccata sunt, nisi habemus remissionem. Sed quia promisit exauditionem. Vita mundi est blasphemia, rapina, immundicia, profanatio nominis dei, ut pater noster: Pii soli orant 'sanctificetur' et tamen non pure
 5 faciunt et sentiunt non penitus adfectos &c. Heremitæ fugerunt mundum et putarunt se apprehendere vitam sanctam et hoc est tollere remissionem peccatorum et orationem dominicam. Deus eripit nos primum, ut agnoscamus illud, oremus liberari ab eo, per hoc vult nobis indulgere per Christum. Medicus quando aperit infirmo morbum, non ideo, ut necetur et maneat in
 10 eo, sed ut suspiret et roget medium. Tum ille suspendit eum promissione. Sic suspirat et gemit et tamen nondum liberatus. Sanus eatenus, quod corde bono et fide heret in spe et fide promittentis medici et nihilominus iacet gemens et tamen putat aliquo modo sublatam infirmitatem. Sic est ecclesia hospitale, quando transferimur de tenebris in locum, ubi est curatio peccati.
 15 Ergo nondum ablatum. Christus: audi me, roga, ora, sequere me, liberabo te. Si, inquit Christianus, sum in blasphemia nominis tui, oro: sanctifica &c. Nemo ergo sit tam superbus ut novi magistri nullum adesse peccatum, suis studiis se velle liberari, *Es twer gut*, ut Hieronymi libri et aliorum patrum non venissent in mundum &c. Quia peccatum simpliciter remittitur per fidem,
 20 deinde curatur non nostra curatione sed quod gemo, oro. Monachi quanto

1 non o 3 rapina immundicia *steht hinter* faciunt Z. 5, *ist aber hinter* blasphemia *geriesen*

- stularent. Revelat autem suis hanc immundiciam Deus per legem, ut confugiamus ad ipsum oremus liberari a peccato, sicut Medicus non ideo aegroto morbum aperit, ut moriatur aut maneat in morbo, sed ut ei spem faciat restituendæ valetudinis, ne desperet. Quemadmodum
 25 autem aegrotus promissionibus medici inductus spem valetudinis restituendæ concipit et in medio morbo ac doloribus certam incolumitatem animo concipit. Ita ecclesia quoque in ipsis peccatis spe remissionis peccatorum, quam verbum ei offert, erigitur et orat: Ecce domine Iesu, non sanctifico nomen tuum, adsis et fac, ut id [*fac ut id rh*] sanctificem. Sum adhuc in regno diaboli, transfer me in tuum regnum &c.

- p] nomen tuum.² Ergo non sanctificamus illud. Hæc vita nihil aliud est, *Matth. 6, 9*
 30 quam profanatio nominis divini, et hinc amplificatur regnum Satanæ, plenum furtis, rapinis, adulteriis, aliisque scandalis. Soli pii dicunt, 'Libera nos ab isto regno'. Remissio autem peccatorum non est instituta, ut liceat peccare, vel, ut peccemus, sed ideo, ut cognoscamus peccatum, sciamus, nos esse in peccato, pugnemus contra peccatum. Medicus aperit morbum, non, quod
 35 delectetur morbo, sed potius, ut infirmus suspiret et roget liberari a morbo. Concipit vero spem sanitatis, ex fide promittentis medici. Sic et nos transferimur in baptismo, a tenebris in lucem, et locum remissionis peccatorum. Bonum foret, Hieronymi et aliorum libros non venisse ad lucem, quia de propriis studiis nimium præcipiunt. Dedit occasionem monachis sese
 40 macerandi tanto plus, quanto plus illis insidet peccati. Si ieiunant multum,

magis ieiunant, tanto plus insidet peccatum. Quando ieiunant, castigant guttur. Sed superbia sequitur: Ego ieiuno, alii non, ergo sum sanctus: ibi unum excluditur, alterum duplo ingreditur. Vivendum honeste, sed non ut profligantur peccata. Non sanatur per hoc cor, sed inflatur potius. Verus Christianus servat disciplinam, ut non scandalizetur. Sed ex corde oras: 5
 Fi. 119, 16 bonitatem et disciplinam doce me. Sic per gratiam purgatur cor, non per opera et studia.

‘Propter nomen eius’ heißt: non cappam, non vota tua, ordinem Francisci. Quia invoco nomen eius, praedico eum, confiteor esse propitiationem pro peccatis meis, ideo remittuntur peccata. Clara verba sunt haec sed Satan 10 effert opera, hic adsunt patres per fidem et propter nomen eius pugnaverunt peccata et non aliter. Propter nomen propiciaberis peccato meo, psalmus, non tuetur nostra studia. Quando oro, est externum signum promissionis, quam accipio. Potissima res in oratione est promissio ut in baptismo. Nemo ergo inhereat operibus contra peccatum, sed caro et natura non potest 15 facere sed cogitat: peccavi opere, ergo opere placabo, corde peccavi, corde converterar. Sed contra malam conscientiam non agendum operibus sed promissione illa: Remittuntur vobis peccata propter nomen eius. Si invocatur, sequitur remissio. Operibus est serviendum proximo et non offendendus, ‘ut Tit. 2, 12 sobrie’ Tit. Item non scribo solum filiis sed patribus, quia cognovistis. Nam 20 hoc Iudei non cognoscunt et tamen non habent remissionem peccatorum. Ps. 91, 14 Psalmus: ‘quoniam cognovit nomen meum’, psalm. 90. Idem est remissio peccati et cognoscere eum, qui ab initio est i. e. ab initio mundi. Et lo-

9 pro o 15 operibus] opbg [*verschrieben f. opbg*]

¶] bene quidem gutturi medentur, interim subrepat superbia, unum excluditur, duplum introducit. Valent quidem istae castigationes sed non per hoc 25 purgantur peccata. Prohibetur quidem cor, ne erumpat, sed non sanatur.

‘Quoniam remittuntur peccata propter nomen.’ Non propter studium operum peccata remittuntur, sed quando invoco nomen Domini Iesu Christi, quia credo illum esse propitiationem pro peccatis nostris. Haec est veritas, sed Diabolus non sinit nos manere in hac via, mox introducit nostra opera. 30 Nemo igitur inhaereat propriis operibus. Nostra natura est: ego peccavi opere, ergo placabo opere. Adest diabolus, qui confortat nostrum errorem. Contra hoc peccatum est agendum promissione illa ‘Remittuntur peccata propter nomen eius, psal. 39.

2, 13 ‘Scribo vobis, patres, quoniam cognovistis eum, qui ab initio est.’ 35 Nonne Iudaei etiam cognoverunt eum et tamen non habent remissionem peccatorum? Sed non agnoverunt nomen eius, in quo salus nostra est iuxta illud ‘Protegam eum, qui cognovit nomen meum’, psal. 90. Nec cognoverunt eum, ‘qui ab initio est’ id est, Filium Dei aeternum, sed alium et novum

23] quitur de esse divino non simpliciter in se sed etiam de suo cultu: 'Novi',
 recentes, quos non coluerunt patres, 'non in te neque recens, neque adora- Ps. 81, 10
 bis'. Haec est praedicatio in ecclesia dei, quod non novus deus sed verus
 deus, et ubi ille praedicatur, vera cognitio. Hanc lucem non habuerunt nec
 5 filii neque patres. Novi magistri faciunt novum deum, alienant se a deo,
 qui fuit ab initio. Cum non peccasset Adam, nesciebat nisi deum ab initio,
 non sectabatur sua opera. In ecclesia prima praedicatum, quod deus ab
 initio misit filium. Magistri novi illi alium praedicant, qui placandus sit
 nostris laboribus, studiis, operibus, ordinibus, generibus vitae, et talis deus
 10 non est ab initio, sed fictus deus, qui respiciat me propter meum cucullum,
 votum. Est mundi deus et Satanae, quia deus hoc non respicit sed fidem.
 Ergo ista doctrina novum deum praedicat, novas religiones, cultus. Sed
 Iohannes dicit credendam remissionem peccatorum in nomine eius. Generalis
 regula: qui inducit novam doctrinam, deum novum inducit. Et ille negat
 15 veterem, et qui novam doctrinam, inducit heresin. Ergo papa est Anti-
 christus: est enim contra antiquum deum et colit novum deum i. e. Satan.
 Deus prohibuit: Ego sum deus tuus, non habebis. Extra verbum ergo nobis
 traditum est impietas et idolatria. Natura est adsueta idolatriae.

'Adolescentes' allegat, priusquam ad omnes ordines, homines scribat 2, 13
 20 et ideo significatur, quod pueri sint participes gratiae. 'Tekna' filii, 'paes'
 filius, sed proprie qui in die *īdūl għen*. Ergo ex isto loco haberi potest, quod
 infantes baptizari possunt. Qui possunt scire, an parvuli non credant, prae-
 sertim cum adducuntur ad Christum? Quare baptizas adultum? Distinguit nota

++
 20 paes [so] zu 23/658,1 Tamen unus sicut alius. Et puer habet eū forteif, quia
 ratione non nititur, et rationem dicunt promovere ad fidem, Ego dico: rationem habet ergo
 non credit vel difficilius credit etc. r

657, 19 — 658, 7 Notandum hoc loco id quoque est, quod sic distinguit aetates et facit
 25 pueros participes gratiae. Non enim vocat *neides* qui proprie dicuntur, qui ad *neideur*

p] deum contra mandatum Dei: Israel, non erit in te Deus recens neque ad-
 orabis Deum alienum, psal. 80. Novi doctores invenerunt Deum novum, Ps. 81, 10
 eunt in cremum, ieiunia celebrant, monasteria extruunt, vota faciunt: si hoc
 feceris, placebis Deo. Hoc non est vetus Deus sed recens. Vetus enim
 30 Deus non respicit me propter mea opera. Novos Deos facere est novos
 modos, novas religiones invenire serviendi Deo. Qui introducit novam doc-
 trinam, introducit novum Deum, negat antiquum, qui fuit ab initio. Vera
 est idololatria colere novum Deum, hoc est Satanam. Ergo contra verbum
 nobis traditum est nihil nisi idololatria et impietas, nobis vero est difficile
 35 hoc credere, qui sumus assueti ad idololatram.

'Scribo vobis, adolescentes.' Ioannes scribit ad omnium hominum
 ordines, ergo etiam voluit adolescentes participes esse gratiae. Haud dubie

- N] hac adolescentes et paedia. Non novi locum, qui de pueris ut ille. Videtur scribere ad domum, ubi pueri, patres, adolescentes baptizati. Certum fuit apud apostolos: sicut peccatis omnes alienis sunt obnoxii, sic et gratiae. Apostoli urserunt caput doctrinae Christianae remissionem peccatorum, non multum urserunt sacramenta. Sed qui ex capitali capite cadunt, non sunt stabiles sed vagantur. Ratio illorum ergo frigida 'Parvuli non credunt', quia nesciunt etiam ullum adultum credere. Si edifico super verbum 'adultus', cur
 Marc. 10, 14 potius Christi promissioni non crederem, qui dicit 'Sinite'. Alloquitur ergo omnis generis homines in tota familia.
- 2, 13 'Vicistis.' Per quid? Quod adolescens vincat malignum. Adolescentia potius passione agitur, non est prudens. Ego, inquit, promitto, quod habet victoriam et insignem contra malignum vel maliciam, mundum vel diabolum. In Christo habemus victoriam contra diabolum, non solum sumus liberati a potestate eius, quae est peccatum, mors, pavor, mala conscientia, falsae doctrinae, opiniones. Per illa regnat (et contra eum potestatem habemus): Ut peccato (ut eius *Ἐπις*) habet desperationem, praesumptionem, errorem in ratione, (pavor in voluntate mors peccatum et omne malum), et inclinat voluntatem ad peccandum, quo vult, et occidit eam desperatione. Inde dicet de hac
 1. Cor 15, 56 gloria: qui credit, vicit mundum. Adolescens, qui credit, in Christo habet

12 mundum o

18 peccandum über *{votem}*

adhiberi per aetatem possint, sed *τετρα*. Etsi autem hoc loco non utamur pro baptismo parvulorum confirmando, tamen et vanae illae rationes sunt, quibus Baptismum parvulorum evertere homines fanatici conantur, et nos alia testimonia satis certa et clara habemus. Christus enim testatur parvulorum esse regnum coelorum. Necesse igitur est esse in ecclesia. Ecclesiae autem non possunt inseri nisi per verbum et sacramentum, et iubet Christus eos ad se adduci, ac succenset (iis qui) id impedire conantibus. Cur autem adultos Baptizandos esse docent, cum nolint pueros ideo baptizari, propterea quod falso sentiunt pueros non credere? Ratio, qua pueri adhuc carent, fidem sane (imped) non adiuvat, sed impedit magis in adultis, et Deus potest efficax esse per sacramentum et verbum suum in pueris modo nobis incognito, sicut per circumcisionem fuit efficax in Iudaeis, quae (signaculum) sigillum iustitiae a Paulo appellatur. Legimus quoque totas familias ab Apostolis baptizatas: non sunt autem a familia excludendi infantes, quos Christus ultro ad se afferri iussit et benedixit.

P] aetatem intelligit, quae a parentibus adhuc regenda est. Indiget enim illa vel maxime institutione nec ulla est ad peccandum proclivior.

'Quoniam vicistis malignum.' Adolescentes aguntur passionibus, non multum habent rationis. In Christo habemus victoriam super diabolum et contra potestatem diaboli. Potestas diaboli mors est, peccatum, mala conscientia, per quae regnat. Habet et clypeos, arma et morte pavefacit corda, inclinat voluntatem ad peccatum, quocunque vult. Ab illis omnibus non solum liberati sumus, sed etiam habemus victoriam. Qui mundum vicit, etiam diabolum vicit. Adolescens, qui credit in Christum, habet victoriam

3] victoriam supra peccatum, mortem, desperationem, errorem et omnia. Sed peccatum adest, mundus, mors. Sed non regnat, sed regnatur. Sentitur Satan in suis armis, sed eor dicit Christum esse maiorem, in quo vincit haec omnia. Est vinetus sed nondum extinctus. Morbus cepit sanari sed nōn
5 sublatus.

'Infantes' paedia, pueri heißen pueri auch, tantum Iohannes hic distincte 2, 11 ponit contra alios homines, ergo proprie pueri 5. 6. 7. Jare. 'Cognovistis'. Loquitur de inferioribus aetatis, qui herent sub prima cura et reguntur. Adolescentes regunt familiam. Quasi dicat: ihr habt nun ein rechten vater, 10 patrem Christi, eundem habetis quem vestri patres et adolescentes. Cognoscere patrem est aliud nihil cognoscere quam patrem, qui patrem, et filium. Sophistae doctrinam legis mosaicae et Evangelicae: Utraque, inquit, aliquando est facilius, difficilius. Ex Christo fecerunt Messias, Christus prohibuit concupiscentiam, Mose opus. Omnia inde, quod non agnovimus 15 Christum redemptorem. Deinde Hieronymo poenitentia est tabula secunda. Et Augustinum parentes noluerunt baptizare, ne laberetur in peccatum. Iam

13 Messias nicht Moses

659, 8 — 660, 2 Pueros vocat, qui sunt in prima aetate et reguntur cura parentum. Iuvenes autem vocat eos, qui regunt familiam. Q. D. vos pueri habetis iam verum patrem nempe patrem Christi, qui et vestrorum parentum et iuvenum pater est. Cognoscere patrem est 20 credere, quod sit misericors et gratis ignoscat nobis omnia peccata. Nota, quod in tercio membro victoriam et fortitudinem [et fortitudinem rh] tribuit soli verbo, quod fides apprehendit et credit. Ubi igitur verbum non est, ibi nec fides vera esse potest, et homines simpliciter reguntur a Sathana nec possunt se contra levissimum peccatum tueri.

p] super omnia, quibus valet aliquid Satanas. Sic habet victoriam: non ut non 25 sentiatur peccatum, mala conscientia, mors, sed quod vincuntur, quia Christus maior est. Victi quidem sunt sed non extincti, morbus coepit sanari, sed non est penitus sublatus.

'Scribo vobis, infantes, quia cognovistis Patrem.' Quoniam Iohannes 2, 11 discriminatim hic loquitur, tandem nominat infantes, qui in sinu foventur, 30 quasi diceret: Lieben kindergen, ihr habt auch einen himmlischen Vater. Quod autem dicunt infantes non credere, non probo. Aiunt se non videre in ipsis fidem, Respondeo: neque in senibus eam vident. Rursus obiciunt: scire adultos se credere et profiteri fidem, non infantes. Quaeso, unde constat verum eos dicere, cum Simon magus idem iactarit et tamen fuerit impostor. 35 Sicut autem peccatum dominatur in omnes, ita gratia per Christum, quia, sicut infans alieno peccato fit reus, sic aliena iustitia iustus. Ratio quidem pugnat contra fidem. Quo autem minus valida est in infantibus, hoc magis credunt. Christus speciatim parvulos hic invitat sicut et alibi 'Sinite parvulos ad me venire' Matth. 19., neminem autem admittit sine fide.

Matth. 19, 14

- 3] Christum cognoscere ut iudicem non est eum cognoscere nec patrem: qui Christum, cognoscunt patrem. Ergo, mei pueri, vos habetis verum patrem. 'Patribus' istorum filiorum, 'Iuvenes' mariti, vult omnes ordines consolari et hortari, ut maneant in puritate verbi et doctrinae et variis verbis idem agit.
35. 127, 4 Invenes sunt robor civitatis, Solomo: 'Sicut sagittae in manu'. Iuvenes viribus regunt, senes prudentia. Mediae aetati adscribit fortitudinem. Cum pueris pueriliter loquitur. Vos senes habetis veram sapientiam. Puerorum est dicere 'pater' et agnoscere eum. Iuvenes sunt fortes. Nunc viri estis, quia verbum dei manet in vobis, et trahit ista Epitheta in spiritualem sententiam: quod pugnatis et vincitis malum. Finis exhortationis. Iam incipiet exhortari alterum genus, quod habet verbum et tamen stertit et negligens est.
- 2, 15 11. Septemb: 'Nolite diligere mundum.' Audivimus illam commendationem potius, qua commendavit patres, adolescentes et pueros eos de iam accepta fide, ut meminerint, quantum habeant thesaurum, quod instituti per verbum et stent in vera fide. Domini mei, vos estis iam in vera cognitione vocati vocatione sancta. Nunc videte, ut perseveretis et ostendatis fructibus. Verbum dei est in vobis, vicistis, in statu vero estis. Altera pars vitae, ne sitis negligentes sed solliciti, ne stertentes vos Satan ꝛ.

zu 5 Bachurim ꝛ

6 adscribit] adscribi?

8 estis] est

18 est(is) in

- 2, 15 **660, 15 — 661, 11** Tota superior pars fuit quasi antecedens exhortationis ad christianam vitam, cui iam subiicit consequens. Q. D. videtis qualem thesaurum vobis dedit Deus, quod estis in vera et sancta [et sancta *rh*] vocatione vocati: nunc date operam, ut perseveretis in illa vocatione et eam comprobetis sequentibus fructibus. Est in vobis verbum Dei, vicistis malignum, estis in statu vero et sancto: nunc hoc eciam requiritur, ne sitis negligentes sed solliciti, unusquisque in sua vocatione, ut vita vestra respondeat vocationi et

¶] 'Scripsi vobis, patres, qui cognovistis eum, scripsi vobis, adolescentes, quoniam fortes estis.' Vult omnes consolari et hortari, ut maneant in puritate verbi Dei. Nominatis ante omnibus gradibus aetatis denuo compellat Patres et Adolescentes seu Iuvenes. Cuique vero aetati suum epitheton tribuit et transfert in sensum spiritualem. Patres aedificant, iuvenes propugnant et defendunt civitatem, pueri in ea conservantur, omnes vincunt Diabolum sed novo genere bellandi: per verbum.

- 2, 15 'Nolite diligere mundum neque ea, quae in mundo sunt.' Audivimus exhortationem vel commendationem. Ioannes Patres, adolescentes, pueros commendavit. Commendat autem de accepta fide, ut meminerint, quanta sit gratia ad hanc pervenisse et eam cognovisse, quasi dicerem ego: Domini mei, vos estis in vera cognitione, vocati estis vocatione sancta. Nunc demum videte, ut digne ambuletis ista vocatione, ut faciatis fructus dignos poenitentia. 'Nolite diligere mundum' simpliciter loquitur Ioannes ad infantulos, ut Eras-

- 3] 'Nolite.' Hic vides Iohannem simpliciter loqui, ut infantulus, ut Erasmus 2, 15
 infensus: crepat meros mundos. Sapientia debet offendi in simplicitate
 Christiana. Si scirent, quid esset mundus, in maiori honore Iohannis ver-
 bum haberent. Ergo ignorant, quid sit mundus. Ecclesiasten perverse
 5 interpretati sunt, Franciscani inde coeperunt contemnere pecuniam, das heißen
 fñe contemnere mundum¹. Intelligunt mundum rem creatam a deo, quae
 'omnia sunt bona et' 1. Tim. 4. Uxor, filius, familia, domus, aurum, agri 1. Tim. 4, 4
 res bona. Et Christus habuit panem, pecuniam, edebat, bibebat. Hieronymus
 de contemptu mundi et alii nescientes quid mundus, contemnere mundum:
 10 si esset consortia hominum fugere, tum Christus in medio mundi. Perversus
 usus donatarum rerum a deo est mundus. Est adfectus humanus depravatus
 prorsus a cognitione et usu creaturarum dei. Qui non recte cognoscit creaturas,
 utitur, amat, hoc est omnis homo. Homo non cognoscit se et alios ut crea-
 turam sed pro sua voluptate, gloria. Mundus sunt homines ipsi, in quantum
 15 student suis neglecto deo, Ro. 'Subiecta est vanitati' &c. Dedit boves, oves, Röm. 8, 20

6 fñe *c aus* fñd

11 hñā: depñatus

13 alios *c aus* aliquis

¹⁾ Vgl. in diesem Bde. z. B. S. 7, 29. Deutlicher ist Luthers Verweisung auf etwas, das er selbst in seiner Vorlesung über den Ecclesiasten ausgeführt hat, in P (unten Z. 29-30) überliefert.

- illis opibus, quas per Christum estis consecuti &c. Utitur autem Iohannes genere orationis
 mire simplici tanquam puer, adeo ut offendant haec simplicitas sapientes, qui dicunt eum
 meros mundos crepare. Sed debent sapientes in simplicitate christiana offendi, quia si
 scirent, quid vocabulum 'mundus' complecteretur, potius mirarentur uno verbo plus dictum
 20 esse quam (omnis) ulla [rh] eloquentia possit (assequi dici) consequi. Monachi quia voca-
 bulum 'mundus' non recte intellexerunt, ceperunt contemnere stulta imo perniciose religione
 non solum pecuniam, ut franciscani, sed omnia civilia officia eciam ea, ad quae divinitus
 erant vocati. Intelligebant enim mundum dici res in mundo a Deo creatas, cum tamen
 certum testimonium sit in Genesi omnia, quae a Deo creata sunt, esse valde bona et adhuc 1. Moïse 1
 25 hodie conservari divinitus tanquam res per se bonas. Nam [r] uxor, liberi, familia, vestes,
 victus, argentum, aurum &c. sunt res bonae. Nam et Christus cibo atque potu est usus,
 item pecunia &c.

- P] mus offensus videatur ipsius simplicitate. Sed spiritus sanctus est doctor
 simplicium, igitur simplicitate utitur. Multi ignorant, quid sit mundus, ut
 30 in Ecclesiaste satis auditum est, ubi aliqui intelligunt per mundum ipsas
 creaturas Dei ut Franciscani monachi pecunias, societatem. Sed errant, cum
 omnis creatura Dei bona sit et Christus ipse usus pecunia fuerit et in medio
 hominum consortio vixerit. Igitur mundus hoc loco est impietas ipsa, affec-
 tus humanus privatus vero usu creaturarum Dei in iis, qui creaturas Dei
 35 non recte cognoscunt neque recte sequuntur, qui pro sua voluptate et gloria
 utuntur rebus mundi. Mundus super omnia subiectus vanitati. homo ipse
 vanus utitur omnibus istis vane. Peccant ergo, qui sic fugiunt mundum,

N] aurum, sed donata non cognoscuntur donata. Ideo subiecta vanitati creatura,
 i.e. homines utuntur vane. Monachi duplex sunt mundus, quia peccatum consti-
 tuitur super cibum vestem locum tempus potum, ad quae omnia ista alligatus.
 Est hoc uti creatura dei? Imo amat vestem suam, quasi sit inde salus a
 deo. Duplex hic est abusus creaturae dei. Vetant corporalem abusus et 5
 incidunt in duplicem spirituales, fugientes mundum immerguntur recte mundo.
 Iohannes inquit: 'diligere': Respicite ad adfectum, quem debetis servare
 purum. In mundo eritis, quia dominus misit vos, Christus: 'ut sitis lucerna
 lucens' et videbitis multos abusus carnis, filiorum, creaturarum omnium, quia
 nulla res amatur a mundo ut a deo missa, sed omnia vertit in suum lucrum, 10
 gloriam, voluptatem, fur den hut eud. Aliud est esse in mundo, videre
 eum, palpare et 'diligere'. Aliud est sentire peccatum et adfieri, fidere. Aliud
 habere aurum, abundare, haerere. Ut Abraham et David usi potentia regno
 divitiis, usi in gloriam dei non in potentiam suam. 'Incola sum ego et pere-
 grinus.' David cum administrasset voluntati dei, defunctus est, in Actis. 15
 Ita pii. Esse principem bonus ordo a deo ordinatus, sed ille est mundus,
 quando opprimit pauperes, gloriatur de sua potentia, quia ipse sit dominus.
 Laus et gratiae agenda deo, quod intelligamus, quae patres non. Hierony-
 mus super Ecclesiasten hortatur ad monachatum. Per Christum sum missus
 in medium mundum ut Christus, ut per meum verbum erigantur, et tamen 20
 contrarium fulsit, ut totus mundus seductus sit. Mundus heißt nicht res
 creata a deo sed proprie est adfectus depravatus in rebus creatis a deo.

1 creatura o 2 vane e aus vana 5 (Impe) vetāt 11 est o 12 peccatum]
 pectum esp in victum 15 Acto. 13. 2. r

P] ut fugiant consortia hominum. Item qui creaturas Dei spernunt, non edunt
 carnem, non gestant talem vestem, hi utuntur creaturis Dei, ut per illas
 velint salvi fieri. Sed hic spiritualis est abusus mundi. Verum diligere 25
 mundum respicit ad mundanum affectum. In mundo eritis sicut lucerna
 ardens et lucens, ut ceteri accendantur. Esse in mundo, videre mundum,
 sentire mundum aliud est quam diligere mundum, sicut aliud habere pecca-
 tum, sentire peccatum et 'diligere' peccatum. Abrahamus habuit quidem
 substantiam, sed non dilexit, quoniam se dispensatorem exhibuit et cognovit
 voluntate Dei se constitutum esse oeconomum bonorum. David potens rex
 erat, sua non quaerebat sed administrabat voluntate Dei. Nam quod ad se
 30 pertinebat, 'advena, inquit, ego sum apud te et peregrinus sicut omnes patres
 mei' psal. 39. Cognovit se unum ex advenis, er ich eyn gäst. David ad-
 ministravit regnum ad voluntatem et gloriam Dei non suam et sic non
 dilexit mundum. Ceterum ubi quis affligit pauperes et aliorum bonis utitur
 quasi suis, ibi est mundus, daß ist unredt. Per Christum sum constitutus
 in medio mundi, scilicet per baptismum, ut meo exemplo ceteri confirmarentur
 et erigerentur. Impium est ergo fugere mundum ut illi. Christus inquit: 35

3] Homines aversi a deo ignorant eum et conversi ad creaturam pro sua gloria, voluptate ntes. Et ad istum mundum mittitur Evangelium, ut erigantur ad cognitionem dei et ad legitimum usum rerum. In mundo estis et in eum missi et debetis in eo versari, tantum abstinete vos ꝛ.

5 'Si quis diligit.' Non consentiunt sibi amor dei et mundi. Vides, 2, 15 quid mundum vocet: qui diligit creaturam ut creaturam, diligit deum. Iacob: 1. Moie 33, 5 filii mei sunt, quos donavit mihi dominus. Ecce hereditas domini filii, sunt quoddam donum. Impii accipiunt filios, sed ne semel cogitant a deo venire, Cogitantes: parabo illis domum, divitias. Nunquam cogitat, ut eum erudiat, 10 ut serviat deo et eum timeat. Ergo pauci agnoscunt, quid sit filius et uxor, nisi pii. Trahit naturaliter cognitio creaturarum ut donorum dei, ut deum agnoscam. Amor dei et mundi, qui quaerit sua, non ergo consentiunt. In charitate dei ambulare non in dilectione mundi. 'Si quis', Iacobus: Jac. 4. 4 'inimicus dei'. Vult rationem reddere, quare dilectio non consonet cum 15 charitate patris: quia concupiscentia carnis ꝛ. non est ex patre. Ibi vides, quid mundus sit, clare: scilicet concupiscentia. Ibi describit, quid sit mun- 2, 16 dus. Est 'concupiscentia carnis'. Hic accipit, ut distinguat concupiscentiam

5 Si *e aus* Qui 6 Iacob *o*

663, 5 — 15 'Si quis mundum diligit, in eo non est dilectio patris.' Hic vides, quid vocet mundum. Qui enim creaturam diligit ut creaturam, is etiam Creatorem potest diligere, sicut 20 Iacob de suis filiis: 'Hi sunt, inquit, quos mihi donavit Dominus' et Psalmus (Filii . . . fructus ventris) 127. [r] 'Ecce filii donum dei sunt.' Sed impii liberos sic habent, ut ne semel quidem cogitent eos a Deo donatos. Deinde cumulant eis opes: de institutione, ut ad timorem Dei et honestatem educentur, prorsus nulla cura. Monet igitur S. Iohannes christianos, ut ambulent in dilectione Dei non mundi. Iam rationem addit, cur dilectio mundi 25 et Patris non possint simul stare.

p] Spiritus sanctus arguet mundum de peccato, Io. 16. Sic mundus nihil Joh. 16, 8 aliud est quam homines aversi a Deo, ignorantes Dei, conversi ad creaturas pro suo commodo, pro sua gloria. 'Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo.' Non enim consentiunt amor Dei et mundi. Una res est, 30 circa quam amor mundi ac Dei se exerit. Iacobus dicit: Parvuli sunt, quos donavit mihi Deus servo tuo, Gen. 33. Qui hoc modo amat, ut donum Dei sint, Deum quoque amat, qui vero sic amat, ut mundi filii evadant, et dicat: ecce, filius meus, egi illis thesaurum colligam, is diligit mundum. Qui uxorem amat, ut est donum Dei, non diligit mundum, quia Deus illam dedit, 35 et filii sunt donum Dei. Qui secus, diligit mundum. Wenn wir also nur das esse donum darbey in acht nemen, so ist's recht. Huc Iacobus respicit: Si quis voluerit amicus esse huius seculi, inimicus Dei constituitur, c. 4. Jac. 4. 4 Ratio est, concupiscentia carnis et oculorum. Ea non est ex Patre sed simpliciter ex mundo, ut sequitur.

40 'Concupiscentia carnis ex mundo est', scilicet illa voluptas, qua carni 2, 16

3] carnis contra oculorum. Concupiscentia est sordida voluptas, quod opto carnem wol pſſegen, ut est fornicatio, adulterium, immunditia, pollutio, deinde replere cibo et potu, otio et somno fovere carnem, daß macht mundum i. e. adfectui carnis servire neglecta cruce, timore dei. Caro vult suum agere, hoc non est ex patre sed ex mundo depravato adfectu. Abstinete ergo a 5 fornicatione, adulterio, Sodomitica pollutione. Qui non continere potest, ducat uxorem. Nam in coniugio vere servatur castitas plus quam in virginitate. Videlicet fornicatio, stupra, mollities ornatus fovebunt carnem in omnem usum et delectationem.

Concupiscentiam oculorum ego puto esse avaritiam, quia oculi sunt 10 insatiabiles, non saturantur auro, argento, instrumentis pretiosis, domibus, multitudine agrorum. Hoc est extra cupiditatem carnis sed extra. Impius avarus nihil habet nisi, ut Horatius, 'tanquam pictis gaudere tabellis'. Non potest edere aurum sed inspicit. Sic, si congreget multas domus. Quaerere et diligere multa nisi pascere oculos. Sic de aliis: quaerit fundos, pascit 15 oculos. David habuit totum regnum, sed non pascebat oculos sed aderat administratio dei. Cogitabat, ut hanc civitatem regeret, timorem dei doceret. 3j. 39, 14 Ipse 'incola sum et peregrinus'. Si principes ita facerent, optime viverent. Esse avaritiam, quae est alterum malum post carnis. Oculorum non est contenta in iis, quae corpus utitur, sed vult habere, si posset, totum mundum. 20 Ut Alexander habuit concupiscentiam oculorum: Non solum optat ea, quae potest uti, sed quae nunquam potest uti. Res sunt bonae, sed adfectus ille, quod contempto deo vellent his frui et non possunt. Nihil reliquum, nisi ut oculos pascat. Quid impio divitiae Solomonis? Est mala concupiscentia, quae non est contenta suis cupiditatibus, sed impedit, ut alii non possint 25

4 neglecta $\times$ timore o zu 17.18 congestis undique saccis r

P] mae cupio indulgere, ut adulterium, scortatio, gula, otium, somnus. Non est eadem ratio scortatorum et coniugum. Illi contempto Dei verbo indulgent carni et ex carnis furore agunt, hi verbum de institutione coniugii habent et norunt in statu divinitus ordinato se vivere. Illi ex mundo sunt, hi mundanis affectibus renuntiant. Furor est carnem fovere in omnem voluptatis 30 usum. Si autem verum et legitimum contrahis matrimonium, perit ille furor carnis.

'Concupiscentia oculorum.' Multae sunt oculorum illecebrae. Credo autem maxime hic intelligi avaritiam. Oculi enim aliis rebus satiantur sed non satiantur congregando auro, sed semper concupiscunt plura ut multitu- 35 dinem fundorum, agrorum, domorum. Avaritia non est contenta his, quibus utitur, sed optat etiam ea, quibus nunquam possit uti. Divitiae impiorum sunt: 'Tanquam pictis gaudere tabellis'. Tabellas non edo, non induo, non

3] frui. Hic est mundus, *pfu*. Iam mundus sunt monasteria, quia ibi mera voluptas. Pascunt egregie suos ventres sine omni cura, opere, non praedicant, in summa pace, securitate. Habet pollutiones et potest acquirere meritum. Et concupiscentia oculorum: egregias domos edificant et emunt pagos, *das* *ist* nicht concupiscentia oculorum gewesen sed fuit religio, cum tamen adfuerit mundus dupliciter. Nemo princeps *thut* ein Cardinal, Episcopo, Abbati nach, quia princeps habet negotia.

'Superbia vitae' facultas et substantia vitae, infra 'substantiam vitae' ^{2, 16} _{1, 3oh. 3, 17} Indicia biotica, victualia, quae pertinent ad victum, substantiam, unde vivitur i. e. superbia victualium, facultatum, Luc. 12. 'in sublime tolli' sublimiter ^{Luc. 12, 29} ferri, *das* *ist* aliud monstrum in mundo. Quando habet haec dona, vult esse praecipuus et supernatare super omnes. Non est facultatibus suis contentus, sed vult super omnes *schweben*. Iam si civis est, *eleidet sich* ut consul, torques aureos *et*, nobilis comitem sequitur *et*, nemo est sua sorte contentus, nemo manet in suo ordine, *oben aus* nirgend ein. Sic Episcopi, Monachus Franciscanus est supra Praedicatorem, Episcopus Maguntinensis super alium, Romanus Episcopus est super omnes. In sublimi ferri est superbia vitae, dicit Christus *Esset und trinf* sed nolite *et*, *setet nicht wie ein Jurist mit essen und trincken*. Sic fit iam in mundo: quisque vult esse ut supremus. Mercenarius vult vivere ut dominus, a summo ordine usque ad infimum est mundus. Superbia vitae tantum, quantum non potest caro, insumere. Omnis

zu 1 über monasteria steht vt et Cathedrales sp zu 3 über securitate steht vivere
11 12 esse picipuus esse zu 18 Luc. 12. r 21 Omnis] *5* [vrohl = 05 nicht = Tertius]

665, 8 — 666, 6 Superbia vitae accipitur a quibusdam pro eo, quod est [accipitur bis est *rh*] facultas et substantia (virtus seu) vitae seu virtus. Nam (*3tot* greci usurpant pro *3tot*) *3tos* et *3toros* graecis non multum differunt. Ego tamen malo accipere pro superbia ipsa. Est enim hoc praecipuum monstrum mundi, quod homines, cum sciunt magnitudinem suorum donorum, volunt extolli super omnes et eminere ac contemnunt alios omnes prae se; convenit igitur locus cum illo Luc. 12. *μὴ μετεωριζέσθε* [*μὴ μετεωριζέσθε r*]. Nolite in sublime tolli. Iam concludit Iohannes: Omne, quod est in mundo, non est ex Deo, Hoc est, quisque amat

9] recumbo super illas. Hinc vide, quam non fugiant mundum, qui ab hominum consortio se separant, qui divitias emulant, palatia extruunt. Ita Cardinales, Episcopi, Abbates 'pictis gaudent tabellis' et oculos pascunt. *Das ist ihnen nichts mehr denn eine Augen=Wehde*. Annon ergo hi sunt ex mundo?

'Superbia vitae.' Magnum hoc scandalum est. Aliud substantia vitae, aliud superbia vitae. Illam quaerere licitum est Christiano, 1. Io. 3., sed hanc detestari debet, quia est abusus victus et facultatum, ut videmus in helluone apud Lucam 16. Nolit ergo sublimiter ferri sed iis, quae habet, sit contentus. At aliter est affectus mundus, qui semper quaerit sublimia, *es wil ein ieder in die hohe seten*, nemo est contentus sua sorte in vestibus,

- 2) vult esse summus in gloria, Tantum, quantum potest, insumere. Monachi
 Luc. 11, 26 ferunt mundum in coelum: qui hoc facit, fit beatus. Christus: expulso dae-
 mone fiunt novissima². Prius fuerunt simplices in mundo, iam septem dae-
 monia habent 2c. Concludit fortiter et bene: wër's lufft zu dem wesen, si vis
 carnem fovere et omnia vertere in voluptatem eius. Vult deus, utamur his 5
 ad fovendam carnem, non ut habeamus voluptatem in creatura: Caro, vade,
 ora, stude, iuva. Ibi est charitas patris et non concupiscentia. Non quod
 nulla adsit concupiscentia, sed non diligemus eam, non regnabit sed odiemus.
 1. Tim. 6, 8 Concupiscentia oculorum sollicitat, spiritus dicit 'habentes victum et amicum
 2c.' Qui hoc sentit in se, quod non quaerat quae sua sunt, agat gratias 10
 deo. Superbia vitae stoßt ein an: Cy wie hat der gebaut. Ut Iulius Cesar
 voluit superare Alexandrum gestis rebus et vocabantur virtutes heroicae,
 Iohannes: 'superbiam vitae' i. e. ex diabolo.
 2, 17 'Transit.' Hoc etiam non creditur et experimur quotidie. Nonne plaga,
 quod hoc non credimus, quod oculis videmus? Wir stellen uns, ac perpetuo 15
 maneret. Caro non potest docere es ist umb ein stund zu thun, so ist's außs.
 Multis adimitur concupiscentia carnis per morbos, et 'oculorum' captivitate,
 tandem morte. Hoc nemo capit. Si Iulius Cesar credidisset, non adeo
 stultus fuisset. Nemo tam stultus, ut aedificet domum super fluentem aquam.
 Sic omnia sunt transitoria. Quando Iohannes de mundo redt, sol leichtfertig 20

1 Tantum bis insumere durch Strich mit insumere 665, 21 verbunden

19 stulti fuisset

vel omnia illa simul vel quaedam ex illis, is non amat sed odit Deum. Vult Deus nos uti
 creaturis ad fovendam et sustentandam carnem, non vult iis uti ad voluptatem carnis et
 alendam concupiscentiam

666, 14 — 667, 7 Hoc non credit mundus, etsi quotidie experiatur. Est autem ingens
 haec plaga ne illa quidem credi, quae quotidie videmus ob oculos. Sic enim vivimus, ac 25
 si mundus perpetuo maneret, nec possumus nobis persuadere levi momento illa, quae nobis
 carissima sunt, eripi aut perire posse. Multis eripitur concupiscentia carnis per morbos,
 concupiscentia oculorum per captivitatem, incendia, furta, per mortem denique. Sic superbia
 vitae quam non est perpetua. Quot enim ex magnis imperiis et opibus ad extremam
 inopiam et cruciatus summos devenerunt. Sed nemo illa credit aut considerat. An vero 30
 quisquam tam demens esse potest, qui domum super fluentem aquam edificare optet? At
 quid facimus nos aliud nostris studiis, quae instituimus tanquam in rebus perpetuis et nullis

p]cibus et aliis. Sed talis non est ex patre sed ex mundo. Ubi est charitas
 Patris, ibi non est concupiscentia mundi et rerum sublimium. 'Habentes

1. Tim. 6, 8 alimentata et quibus tegamur, his contenti simus', 1. Tim. 6.

- 2, 17 'Et mundus transit et concupiscentia eius.' Magnum est mundi schema
 sed maius concupiscentiae, dum maiora concupiscimus, quam mundus habet.
 Sed utrumque transit. Ist ja eh'n iammer, kaum ist's umb eine stunde zu
 thun, so ist der welt lufft dahin. Tam aiunt: wenn ich gewußt hätte, daß es

3] *sein*. Omnes sapientes in mundo non sciunt et credunt, quid sit 'mundus transit' *et*, alioqui non superbiam vitae.

'Qui': non transit ut mundus et concupiscentia eius, quia voluntas ^{2, 17} dei non transit. Voluntatem facit, qui non diligit mundum sed diligit proximum. Diligere voluntatem est agnoscere se esse victorem maligni, ut non stertant. Est adhortatio ista contra istos, qui habent verbum sed *et*. Iam novus paragraphus, in quo indicat, contra quos haereticos scripserit.

16. Septemb. 'Filioli, novissima hora est.' Hic incipit Iohannes aperire ^{2, 18} causam huius Epistolae, et contra quos scripserit: Extorserunt imprimis mali doctores, qui corrumpebant puritatem Christianae doctrinae, ut servaret fideles suos, compulsus est scribere et Euangelium et Epistolam. Hos hic palam appellat Antichristos. 'Novissima.' Sic omnes loquuntur, cum vident

5 victorē bis vt rh

8 16. Septemb: (quo conc) r

fortune casibus subiectis? Nullus igitur sapiens in toto mundo scit aut credit serio mundum transire, alioqui non sic caperentur concupiscentia carnis, oculorum et superbia ¹⁵ vitae. Qui autem voluntatem Dei facit, is, inquit, manet in aeternum, quia voluntas Dei non transit sicut mundus. Est autem voluntas Dei, sicut infra cap. tercio capite dicit, credere in Christi nomen et diligere proximum. Hoc qui facit, non videbit mortem, sed manebit in aeternum. Iam discedet aliquandiu ab exhortatione et docebit, qui nam ii sint, contra quos haec epistolam instituerit.

²⁰ 667, 8 — 668, 17 Hic incipit Iohannes, sicut dixi, aperire causam huius epistolae, contra quos eam scripserit, nempe quod extorserint eam sibi mali doctores, qui corrumpebant puritatem doctrinae Christianae. Ut igitur servaret suos integros ab hoc contagio, coactus est et Euangelion suum et has epistolas scribere et appellat tales doctores palam Antichristos. Notabis autem hoc apostolis commune esse, quod dixerunt novissimam horam instare, quando

P] ²⁵ *so bald ein ende hätte, wäre ich davon blieben*. Sic insipientes aedificant in arena.

'Qui autem facit voluntatem Dei, manet in aeternum.' Sic demum sapiunt, qui faciunt voluntatem Dei i. e. 'qui credunt in nomen filii Dei', ut alibi inquit, et diligunt se mutuo, 1. Io. 3. Hi non diligunt mundum sed ^{1. Joh. 3, 23} exercent se fructibus charitatis Dei et illi non transeunt. Nam quemadmodum voluntas Dei non transit, sic neque illi, qui faciunt voluntatem Dei, sed manent in aeternum. Egregia haec doctrina est ex altera parte, ut, qui sunt in cognitione Dei, sciant se non perire.

'Filioli, novissima hora est.' Hic incipit Ioannes aperire causam huius ^{2, 18} Epistolae et propter quos scripserit. Diximus, quod hanc Epistolam extorserint falsi doctores, qui falsis doctrinis omnia replebant. Cerinthii et Ebionitae novas revelationes expectabant et novum mundum. Hos nunc hic palam indigitat et appellat eos Antichristos et doctrinam Apostolicam inculcat: 'Filioli novissima hora est.' Sic enim omnes Apostoli loquuntur.

3] sic dissipari ecclesiam et oriri sectas, et mille 500 anni, cum semper dictum est 'veniet' et Euangelium vocatur coena. Et ego agitatus variis cogitationibus de isto loco, quare hora, cum non paulo minus duravit Christi regnum quam Mosi. Sed appellatur novissima hora non a brevitate temporis sed a qualitate doctrinae. Sic quod ista doctrina est novissima. Non est alia doctrina speranda, quam quae tradita per Christum et Apostolos. Post hanc sequetur revelatio Christi. Hoc non potuit dici de regno Mosi, quia adhuc praedicebatur alia hora, dies futurus, nempe Christi. Isto sic habito mox cogimur concludere instare horam novissimam, si illa doctrina cessaverit. Sed cum dissipantur in varias opiniones homines, mox colligeremus iam adesse novissimam horam, quia contra doctrinam insurrexerunt sectae, postquam dormierunt qui verbum habent. Nemo habet verbum veritatis et suborientes in suis doctrinis nesciunt, quid habituri impii post se, quia impii non credunt adesse horam, nobis autem i. e. Christianis est, quasi hodie aut cras ventura sit dies. Ergo loquitur de qualitate doctrinae: per finem huius est futura messis et aestas. Horrendum est videre sectas oriri in pura doctrina.

11 contra o

viderunt ecclesias turbari et sectas oriri. Ac me aliquandiu torsit, cur horam novissimam appellarint, cum tamen inter plus mille et quingenti [*et* aus quingentis] anni sint elapsi. Sed videtur plane eadem ratio esse, quod Christus Euangelion appellat coenam. Non enim dicitur hora a quantitate temporis sed a qualitate doctrinae, quod doctrina Euangelii sit novissima hora, hoc est, quod non sit speranda alia doctrina in hoc mundo futura, quam quae a Christo tradita est et ab apostolis postea in mundum sparsa. Finis enim huius praedicationis erit revelatio Christi venientis in maiestate. Tempus igitur Euangelii recte dicitur hora novissima. Lex autem non sic potuit dici, quia quum lex doceretur, praedicebatur alia hora et dies alius futurus nempe dies Euangelii, qui vere novissimus dies est, quia nulla alia doctrina Euangelion sequetur. Quocies igitur sectae oriuntur et doctrina Euangelii minatur ruinam, recte monentur homines, ut sibi caveant, esse hanc novissimam horam, non aliam doctrinam in mundum invulgandam esse, quare hanc retineant et sibi a novis doctoribus caveant. De qualitate igitur doctrinae intelliges hanc appellationem, quia cum haec doctrina fuerit finita, tunc sit futura messis.

¶] Ego aliquando variis cogitationibus agitatus, quomodo posset hoc tempus appellari novissima hora, cum tamen Christi regnum foret aeternum, cognovi tandem non a brevitate temporis sed a qualitate doctrinae appellari novissimam horam. Sic quia ista doctrina est novissima seu ultima, non est expectandum aliud genus doctrinae. Post hanc doctrinam sequitur revelatio illustris. Hoc non potest dici de regno Mosi, quia dicebatur adhuc futurum aliud regnum, Christi scilicet. Postquam ergo subsecutum hoc est, cogimur concludere istam horam novissimam esse. Et rursus quia doctrina Euangelii per Antichristum obscuratur et aboletur, ergo est novissima hora. Hinc enim Ioannes ultimum tempus cognoscit: Inde scimus novissimum tempus esse.

3] 'Et sicut audistis.' Ecceptica oratio, scilicet: ita verum est, ita factum 2, 18
 est. Vides apud primos fideles fuisse in usu Antichristi vocabulum. Et
 pulchrum indiderunt hereticis vocabulum: primus adversarius Christi. Ex istis
 enim principiis, Ut Paulus: mysterium iniquitatis, ex quo vaticinatus 2. Thess. 2, 7
 5 quod novum regnum, quod se opponeret Christo. Nemo stabilis ita mansit
 ut Papa, alii ad tempus. Ariani contra divinitatem, Manichaei contra
 humanitatem ut nostri contra carnem Christi, quam inutilem et verbum vocale,
 das sind partiales Antichristi. Nemo adhuc invasit caput doctrinae Evan-
 gelicae, quod est duplex iustitia humana et divina, propter quam venit, ut
 10 institueret i. e. propter donare iustitiam, vitam aeternam, ut faceret novum
 genus hominum. Ii, qui hoc caput angreifen, die sind veri Antichristi. Illi
 Arriani x. die greiffen Christum bei ein Stück an, illi totum Christum, das
 ist regnum Papae. Qui partialia tenet, nempe quod sit deus et homo, habet
 scripturam pro se, sed instituunt ordines, religiones et nova genera vitae,
 15 quibus sit paranda via ad coelum das sind duplicia peccata: quia mea ius-
 titia non est Christi, oportet melior sit Christus quam ego. Regnum Christi
 docet fundandos in iusticiam Christi non nostram, transplantari debeamus in
 Christi iusticiam. Iustificatur gratis, Ro. 3. Ego quidem sum peccator Röm. 3, 24
 sed baptisatus in Christum, ut iustus sim in eo, 1. Cor. 1. 'qui factus a 1. Cor. 1, 30
 20 deo'. Illa iusticia iacet sub papa. Nam si papa et episcopi doceret quae-

3 indider(itis)nt 4 vacitatus 9 quod e aus quae 15 via e aus vita
 18 gratis o sum e aus sunt

p] 'Et sicut audistis, quod Antichristus venit.' Elliptica oratio est, sub-
 audiendum: Ita evenit, ita factum est. Uti boni doctores praedixerunt, ita
 insurgunt haeretici ut Cerinthii, Ebionitae et alii, quos nominaverunt Anti-
 christos egregio vocabulo. Sic Paulus, cum inquit: 'Mysterium nunc opera-
 25 tur iniquitatis, 2. Thess. 2. significat brevi affore verum Antichristum et iam 2. Thess. 2, 7
 tum prodere suas haereses. Alius enim Antichristus pugnabat contra Per-
 sonam Christi, alius contra Humanitatem, alius contra Divinitatem Christi.
 Hi sunt Antichristi partiales ut Syvermeri, alius contra totum Christum et
 hic est Caput omnium ut Papatus. Nam doctrinae Christianae caput est
 30 Christum esse nostram iustitiam. Iam qui hoc aggreditur, totum nobis
 Christum eripit et est verus Antichristus, reliqui ei suppetias ferunt. Hae-
 reticus in personam Christi ist nicht so groß als in meritum Christi.

Duo genera iustitiae sunt: mea et Christi. Praedicat Evangelium nos
 esse collocandos in iustitia Christi et transferendos a nostra iustitia in iusti-
 35 tiam Christi. Sic Paulus ait: 'Iustificamur gratis per gratiam ipsius', Rom. 3. Röm. 3, 24
 'Ipse factus est nobis sapientia a Deo, iustitia et sanctificatio et redemptio', 1. Cor. 1, 30
 1. Cor. 1. Sed Papa nova genera vitae instituit, quibus sit paranda iustitia
 coram Deo, proprias scilicet satisfactiones. Si Papa hoc doceret nostram

2] rendam Christi iusticiam, sequeretur missas &c. et omnia esse damnata, ergo non fallendi homines operibus, meritis nostris, tum periret totum regnum Papae. Quis enim eos exultaret amplius? Et tamen dicit Christum mortuum, baptizat recte. Et tamen ultra illa verba instituit suam iustitiam ut: obedientia Rhomanae ecclesiae salvat &c. Ergo papae regnum est vere Anti- christi regnum, quia Christus: crede in me, Papa: in te. Christus: fundare
 Matth. 7, 26 te supra opera mea, Papa: super tua, et arenam Matth. 7. Pelagius est angularis omnium hereticorum, quia natura mox spectat opus. Inde secuti patres et elegerunt opera, quae postea confirmavit Papa. Nemo dixit: si peccasti, crede in Christum, sed simpliciter in opera nostra *geworffen*. Interim
 10 orta Carthusianorum religio. Non potes peccatum mortem Satanam vincere
 Gal. 4, 2 tuis operibus. Si peccasti, confuge sub alas misericordiae dei. 'Orietur
 11. 5, 13 vobis timentibus, Scuto circumdabit.' Ego confido tuo sanguine, iusticia, opere tuo. Tum dicunt: quare sum in Carthusia? Ita cum istis operibus pugnant contra misericordiam dei et conculcant sanguinem et reputant Chri-
 15 stum inter sceleratos i. e. Christus non est satis cum suo sanguine, meliore via eam ad coelum. Si nos qui quaerimus etiam ipsi, ergo minister, ergo idem est Christus, est peccator, est inter latrones depictus crucifixus. Fatalis lapsus, quia natura eo vertitur toto impetu, sed horrendissimus. Sic dicen-

3/4 mortuus 7 Matth. 7. o 13 vobis *e aus* subi 18 Fatalis *in* facilis zu
ändern versucht

670, 14 — 671, 5 Quid enim aliud est Christianum, qui baptisatus est, suis operibus salutem
 20 debere quaerere quam dicere: Christus est peccator, est latro &c. Est autem hic lapsus subtilis et valde facilis propter naturae nostrae vicium, quae toto impetu ad opera rapitur.

p] iustitiam nihil esse et solam iustitiam Christi, qua salvemur, tum diceret: ergo Missa nihil est, ergo vita monastica et satisfactiones propriae nihil prosunt, et sic totum Papae regnum everteretur. Dicunt quidem meritum
 25 Christi nos salvare sed commiscunt propriam iustitiam. Hoc est vere Christum repudiare, imo Christum extinguere et ostentui habere Filium Dei,
 Hebr. 6, 6 Satisfacere pro peccatis est: absolvere, diaboli et inferni vim frangere. At, o miseros Carthusianos, qui vos tam graviter affligitis, quae vestra contra infernum victoria est? Si enim dico, Christianus quidem sum,
 30 et unctus, sed tamen volo ita et ita me affligere, illa et illa opera eligere, ut salver et satisfaciam pro peccatis meis, tantundem est ac dicerem: Christus cum suo sanguine pro me non satisfecit. Igitur Christus frustra mor-
 35 tuus est, Galat. 2. Natura fertur toto impetu, ut velit peccatum suis viribus delere, quod in Pelagio videmus, *der war der Grund und Eckstein aller Papisten*. Hinc monasteria sunt, illa Antichristi propugnacula. Hinc iustificatio per fidem Christi sensim evilit et prodiit Antichristus. Nunc in loco sancto sedet et cum Christus dixerit: crede in me, ille ait: crede in me. Sinit quidem Christum praedicari sed ita, ne contra regulas eius et traditiones

3] dum: peccasti, odito et cogita de satisfactione. Quam? Christum pro te passum, et postea fac tu similiter servitium fratri, funda sanguinem, gloriare in tribulatione. Si hoc praedicas, destruxisti papatum cum omnibus monasteriis, quae sunt Antichristi regna. Ipsi: fides sine operibus κ . via $\searrow$ est
5 maledictionis.

Fili Israel quando erant a serpentibus κ , ubi Iudei serpentes herentes habnere in collo, nihil profuit, si fugerent sequentes serpentes, donec deus erigeret serpentem. Ibi a se avertabant vultum et in serpentem affixum figebant. Sic si adest peccatum, figimus aspectum in nostra opera, vires: ibi
10 avertendus vultus et figendus in Christum qui κ . Qui¹ Christum sic agnosceret, semper gauderet. Si veniret peccatum, figeret in Christum. Sed Satan ivert et caro, ne hunc aspectum assequamur. Hinc venit Antichristus. Ego peccatum tuum, tu iusticia mea, olim dicere solebam, nescio quid iam.

6 erat serpent(is)es 8 affixum o 10 κ . fehlt

¹) Wenn qui Qui der Hdschr. nicht als Doppelschreibung desselben Wortes anzusehen, lässt sich nur, wie geschehen, durch Einfügung eines κ . helfen.

Sed est lapsus gravissimus et maxime horrendus. Quare ego non sine causa hunc locum
15 iustificationis ubique diligenter inuenio, ut homines alio modo doceantur quam Papa eos docet. Nempe si quis peccavit, ut incipiat serio odisse peccatum et de satisfactione cogitet non sua (ea enim nulla est) sed satisfactione Christi, qui pro omnium peccatis passus est et satisfecit, modo hanc satisfactionem fide apprehendant, deinde ut sciat operum nostrorum esse alium finem quam ut ad iusticiam valeant, nempe ut per opera testemur fidem nostram
20 eorum ecclesia et serviamus fratribus, ut laudetur Deus, qui in nobis per spiritum suum est efficax. Haec si (cum) si [o] doceantur, facile collabatur papatus cum omnibus monasteriis et cultibus sine ulla vi armorum. Et est una haec certa et recta docendi ratio, quae conscientis prodest.

671, 6 — 672, 6 Sicut enim quum Iudei a serpentibus in deserto lesi essent, nullo suo
25 opere, cura nulla mederi malo potuerint, postquam autem inssi essent aeneum serpentem erigere, solus (ille) aspectus serpentis sanabat malum, sic cum [über (contra)] peccatum nos premit, simpliciter avertamus oculos a nobis, a viribus et studiis nostris et [o] in Christum respiciamus factum pro nobis *artihvrop* et precium, quo a peccato et morte redempti sumus et sanabimur. Sed Sathan et caro prohibent, ne semper fixos oculos in Christum habeamus
30 et respiciamus in nos quoque. Quare non tam facile hic artienus discitur. Ego olim dicere solebam: Christe, tu es iusticia mea, ego sum peccatum tuum. Neque enim est alia ratio

p] praedicetur. Vereor maiorem partem sic mori, ut orent: Deus velit illis remittere, quod peccaverint in regulam, non quod peccaverint in verbum Euangelii, et hinc metuenda ipsorum damnatio. Miseri non agnoscent verum
35 medicum. Quando Moses erigebat serpentem aeneum, nemo poterat suo studio sanari, donec aspiceret serpentem illum, sic et nos, si mordet nos peccatum, non possumus liberari, usque dum Christum intuemur crucifixum. Ergo adhaerescendum est vulneribus et sanguini Iesu Christi, nisi aeternum velis perire.

R] Sic possum eicere peccatum et conscientiam meam, alioqui nunquam. Si cogito: si viverem adhuc annum, fecit statim Satan nebulam, ut Christum non possis videre, et talia opera Satan suggerit. Opera vera sunt: ex animo serviam proximo, praesentibus tamen exonerabor peccatis, quod scio Christum agnum dei, nescio de peccato. Si habeo, Christus habet. Qui ergo contra hanc pugnat doctrinam, est Antichristus: nullus tanta maiestate fecit ut Papa, ergo caput Antichristorum permittit Euangelium praedicare sed haecenus, ut non obsit illi, leguntur in scholis et coenobiis decretales Papae. Et monachi duplicem pugnam: quod ordinem non servavit, etsi servavit perfecte. Tibi orandum: condona mihi peccatum, quod in ordine vivens neglexi proximum, non praedicavi. Bernardus vivus et sanus urgebat ordinem, moriens: Tempus meum perdit¹, consolatio mea est, quod duplici iure x. Das heißt: 'etiam electi in errorem', quia Antichristi error est speciosus. Nihil magis agitur in doctrina Evangelica quam ut operibus. Inquit Iohannes: partiales Antichristi venerunt, sed verus veniet, qui sub nomine Christianae ecclesiae conculcabit omnem doctrinam Christi. Ego fui sine querela monachus, servavi tria vota devotus die et nocte et tamen non habui requiem, quod pure servassem ordinem, quia nullum aderat verbum dei sed doctorum sententiae. Ibi perdit¹ vixi et peius egi quam si in lupanari fuisset. Antichristus est, qui totum Christum invadit. Opus dei negant, utcumque ergo credant Christum filium dei. Cum opus eius neget, est capitalis Antichristus. Nostri Schwermeri negant partem et sunt heretici in partem personae. Ergo Schwermeri iam regnantes non sunt, quos vult Satan et aliam heresin. Ita solet angreifen partes, ut pedetentim labantur in opera.

'Venit' i. e. doctrina illa peribit, ergo est novissima hora, tum nihil est in mundo. Euangelium perit Rhomae, antequam Germania conversa. Boni-

6 vt o	9 pugnam <i>verwisch</i>	non servant [<i>c aus</i> servavit] etsi servavit
14 Antichristos	21 eius o	25 novissima <i>esp aus</i> omnia <i>oder</i> novissima

¹) *ergo*. vixi. *Sonst müsste man in perdit ändern.*

eiciendi peccati ex conscientia quam haec. Quisquis autem contra hanc doctrinam pugnat, est Antichristus.

672, 11 — 19 Ego fui monachus sine querela, id quod vere gloriari possum, et servavi tria vota, quae voveram. summo studio et cura die ac nocte, neque tamen ullam requiem habui, quia omnia illa solacia infirma erant, quae sumebam ex mea iusticia et meis operibus. Haec autem doctrina, quam hodie habemus, firmam affert consolationem in extremis vitae periculis. Et sane qui in Papae regno salvati sunt, eos oportuit tandem ad hanc unam regulam redire. Sicut de Bernardo legitur, qui in extremo vitae articulo primum conquestus dicitur, quod omnem suam vitam miserrime perdiderit, deinde se hoc modo consolatus est, quod Christus duplici iure teneat regnum. (primum naturali et haereditario, secundo iure meriti.) Notus est locus [Notus est locus *rh*].

p] 'Et sicut audivistis, quia Antichristus venit.' Sic concludit Ioannes: quia multi sunt Antichristi, ergo novissima hora est. Quae consequentia?

2) facius adduxit decretales Papae, tamen scriptura, sacramenta. Ut Ebionitae Cherinti. Dominus dicit, ut hereamus in summo capite Christo. Multi sunt Antichristi, ergo est cura, i. e. doctrina aufertur, ergo Christus hinwegf. Sicut in religione Turcae non est lux sed merum somnium (ut in regno Papae) 5 sed mors non vita, quando ista novissima doctrina cessavit, est hora novissima. Ita iam was Germania sol werden, ist geschehen, quia hereses ortae, dispersio erit multarum sectarum. Tum conveniunt humana ratione, et consilium, et faciunt novam ecclesiam, ut Papa fecit.

‘Ex nobis prodierunt.’ Miserabile est et tamen consolatorium: Nobis 2, 19 10 gibt man schuld, quidquid mali fit in mundo, seditio, rottenses &c., peccatorum gravissimorum opprobrium: Si papa mansisset in regno suo. Certe, verum haeretici non occisi, postquam nos irrupimus et fecimus viam libertati &c., fallen die Schwermer drein. Verum est, num ideo timendum nobis? Non. Melius, ut quidam illuminentur ex papatu quam &c. Christus unde crucifixus? 15 ex suo heufflin: Si Iudas non adfuisset, non fuisset crucifixus. Sic nos habemus Iudas unter uns, qui dispergit nos. Inde venit quod culpamur. Non negare ergo possumus: Ex nobis prodierunt, sed consolatio nostra: sed ex nobis non sunt. ‘Hi, qui conturbant totum’, hoc audierunt Apostoli. Ubi 20 (vg. 17, 6)

1 sacramenta o 3 hinweg] hinweg oder hinwegt 4 vt in regno pa o 12 lit!
darüber libertati zu 18 über conturbant steht in Actis

673, 9 — 18 ‘Ex nobis prodierunt, sed ex nobis non fuerunt.’ Hoc est miserabile sed 2, 19 20 tamen consolatorium, quod nobis impingitur, quicquid peccatur in toto mundo: sediciones, sectae, bella, fames (&c.) et in summa omnia mala in nos tanquam in auctores congerunt. Negari autem non potest has sectas, quae hodie sunt ortae, non fuisse orituras, nisi doctrina Evangelii a nobis per beneficium Dei pure esset praedicata. Num igitur nostra culpa acci- 25 dit, ut essent sectae? Non. Prodierunt ex nobis, inquit Ioannes, sed ex nobis non fuerunt. Et multo praestat conversos esse per nostram doctrinam aliquos ad Christum, licet per hanc occasionem Satan excitavit sectas, quam totam doctrinam iacere obrutum multis impiis traditionibus et cultibus, sicut sub Papa iacuit. Ne Christus quidem Apostolos omnes habuit sanctos et fideles. Quid igitur mirum est inter nos quoque malos aliquot esse, qui doc- 30 trinam a nobis traditam corrumpant? esse inter nos Iudam quendam, qui Christi verbum crucifigat? Feramus igitur hoc falsum convicium, quod nobis imputant, quicquid a sectis

p) Postquam enim cessat doctrina, recedit Christus. Recedente Christo, quid aliud expectes, quam tenebras ignorantiae, et opera tenebrosa. Ingruente hac nocte, est novissima hora.

‘Ex nobis egressi sunt, sed non erant ex nobis.’ Deplorandum hoc 2, 19 35 et miserum est, sed tamen consolatorium. Triticum non est in culpa, quod zizania progerminant, nec veritas tot malorum est causa. Hodie nobis imputatur, quicquid mali oritur in orbe terrarum, et patimur inde gravissimum opprobrium. Si Papatum fecisset missum, aiunt, forte non surrexissent tot haeretici, nec forte tumultus ille rusticorum. Sed, cuius est culpa? non

3] Rottae, mußtens die Apostel hören: prius Romanum regnum fuit quietum, iam isti nequam richten mit dem Euangelio. Sic audimus hodie: was guts thombt drauß? monachi ducunt uxores et seductio orta. Sic etiam gentes scandalizatae, Iudei per fidem. Sic hodie maximum scandalum et maxime male me habet hoc scandalum, quod sumus inter nos discordes. Quis incepit? non nos. 5
Gloriatio nostra: non quaesivimus nostra. Ex nobis prodierunt ꝛ. quod ipsi scandalizantur, ipsi excusent et verantwort. Sic et Iohannes se solatur 'sed ex nobis', sie gehörten uns nicht an: 'Non manserunt'. Sic dicimus ad nos: si eandem sententiam, spiritum, dogma haberent, manerent nobiscum. Sed, inquit, 'ut manifesti' et ut gentes sciant, quod non omnes ad nos per- 10
tinent. Si ego non incepissem rem et ob oculos haberem tantum tumultum, certe nescirem ꝛ. Sed deus, ut Esaia, me duxit et abscondit, ut non putarem nisi transquilla ꝛ. fere omnia ꝛ.

3cf. 45, 5

17. Septemb: Audivimus de Antichristo, iam sequitur alius paragraphus, ubi S. Iohannes se submittit et reveretur spiritum sanctum in credentibus et non 15

zu 3/4 Muntzer, iam Sacramentarii meliorem spiritum habere voluit ꝛ 6 nos quae-
sivimus 9 haberent o 10 ad o 12 vt Esa o

peccatur. Siquidem Apostoli quoque ferre coacti sunt, quod in actis accusabantur, quod conturbarent totum populum.

2, 20 **674, 2 — 13** Haec est ratio superioris sententiae satis bona, qua nos quoque utimur contra (nostros adversarios) sectas nostri temporis. Si eandem sententiam, eundem spiritum et dogma idem haberent, non dissentire a nobis coepissent. Sed accidit id, inquit, ut sciant 20
gentes, quod non omnes ad nos pertinent sed sint alieni a nobis. Videmus summo Apostolo hoc scandalum valde doluisse et sane, si ego hanc doctrinam, quam Deus mihi revelavit per gratiam suam, nondum sparsissem in mundum et ob oculos haberem tantos tumultus, qui secuti sunt, nescirem, an eam invulgarem motus magnitudine scandalorum. Sed Deus sicut Hieremiam [*c aus Hieromiam*] ad hoc officium me perpulit [*c aus ?*] et abscondit illa scan- 25
dala ab oculis meis, ut putarem omnia tranquilla fore neque crederem Satanam posse tot scandala excitare.

2, 20 **674, 14 — 675, 16** Hic est novus paragraphus, in quo Apostolus se submittit Ecclesiae et reveretur spiritum sanctum in cordibus fidelium neque se dominum credencium constituit sed

p] veritatis et lucis, sed erroris et tenebrarum. Non qui fugit tenebras, sed 30
qui manet in illis, est Antichristus. Cum egrediuntur illi, nunquam illud fit sine tumultu. Thomas Munzerus erat inter nos. Ubi vero ille vellet sapere, et egrederetur ex nobis, factus est autor seditionis, et complices vene-
runt in hanc urbem, et omnia turbarunt. Wenn die Bußen mit einem neuen Euangelio kommen, so muß solch Unglück daraus folgen. Video hoc malum 35
et ingemisco. Et saepe cogitavi, an potius fuisset servandus Papatus, quam videre tot tumultus? Sed, melius est, aliquos eripere ex faucibus diaboli, quam omnes perire. Dies aperiet, qui fuerint ex nobis, et ex Euangelio veritatis, geniti, qui non. 'Nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum.'

40

2, 20 'Sed vos unctionem habetis a sancto.' Hic opponit 'unctionem' Anti-

23] constituit se dominum credentium sed potius fratrem. 'Sumus consortes gaudii 2. Cor. 1, 23
vestri' Paulus et 'omnia vestra' 1. Cor. 3. Quia ubi verbum dei iſt gängen, 1. Cor. 3, 22
quisque doctor cogitat suos adesse aequales. Non faciunt ut Papistae, qui con-
stituunt se superiores. Ubi Euangelium est, ibi promissio, quod aliqui ere-
5 dunt, Esa. 55. Illuminat enim verbum sive legendo sive docendo. Ergo 3el. 55, 11
Apostolus debet se submittere etiam propter 3 aut 4. Ipsi quidem con-
creditum officium, sed nihil habet, unde praesumat prae reliquis. Sic in
principio: ut nobiscum socii, non: ut nobis obedientes sitis. Et Petrus: 2. Cor. 1, 23
'non dominantes super clerum' sed ipse solus est dominus, Ecclesia est regina 1. Petri 5, 3
10 et 'dominus dominantium' ſie gehört Chriſtum an, qui est dominus. Paulus: 1. Tim. 6, 15
'ut possimus esse particeps Euangelii' non caput Ecclesiae et super ecclesiam,
eſ iſt der teuffel. Er ſol ein dispensator ſein und ſro, quod sit membrum in
ecclesia. Sic quisque Christianus humiliat se erga alium et docens et doctus,
quia unus spiritus sanctus, gratia. Et sic se submittit, non est tyrannus,
15 sed facit se servum et fratrem omnium Christianorum. Sic Paulus ad
Galatas: deus non respicit personas. Nicolaus Antiochenus erat diaconus Gal. 2, 6
ſur auch zum teuffel unde venerat. 'Sed' waſ ſol ich vil reden und warnen 2, 20
contra Antichristum, habetis idem quod nos: Habetis unctionem. Ego du redſt
zu miſt, quia du biſt zu hoch erlencht. Et ita mihi faciendum, quanquam sciam
20 me doctiorem alii tamen faciendum propter 2 vel 3, et submittendum mihi.

3, 4 constituunt *wiederholt r* 8 socii] socii *[oder soli = solliciti?]* 16 deus *über*
(Pan) 17 unde venerat *unsicher, weil aus Unleserlichem verbessert* 18 idem *o*
19 zu *o* 20 submittendus mihi *e aus oder in aig*

fratrem, sicut Paulus quoque dicit 'sumus consortes gaudii vestri' et 1. Cor. 3. 'omnia vestra
sunt sive Paulus sive Apollo'. Nam ubicumque verbum est, ibi omnes credentes inter se
aequales sunt, (et) quod ad gratiam attinet, sive sint discipuli sive doctores. (Non est dist)
nec faciunt id, quod in [in *rh*] papatu fit, ut laicis se anteferant clerici. Ubi enim est
25 Euangelion, ibi est promissio, quod aliqui sint, qui credant, Esa. 55. Illuminat enim verbum
sive legendo sive docendo. Apostolus igitur seu doctor debet se submittere ecclesiae, etiamsi
tres vel quatuor tantum sint, qui credant. Quanquam enim, quod ad ministerium attinet,
differt doctor a discipulis, tamen nihil habet (quod) unde [*rh*] praesumat prae reliquis. sicut
in primo capite Iohannes dixit 'ut habeatis communionem nobiscum', non ut nobis sitis sub-
30 diti tanquam dominis [non *bis* dominis *rh*]. Et Petrus 'non dominantes super clerum'.
Solut enim Christus est dominus et caput ecclesiae, Apostoli et doctores tantum sunt dis-
pensatores. Debent igitur Christiani se mutuo honore afficere et de se humiliter sentire, sive
doctores sint sive discipuli, quia unus spiritus, unus Deus, unum baptismum est, quod habent
et quo participant omnes neque est apud Deum respectus personarum.

p] 35 christo et haereticis, qui alium Christum seu 'unctum', et aliam 'unctionem'
expectabant. Ab his retrahit suos, 'Vos iam unctionem habetis, et nostis
omnia', quae ad salutem sufficiunt. Hic forte dixissent auditores: Nimium
nobis tribuis, Ioannes. Sed, etiamsi mysteria melius intelligat Doctor, forte
tamen in congregatione duo aut tres sunt, qui omnia norunt de salute sua,

3] Interdum fit, ut auditor melius intelligat ex doctore doctum verbum quam ipse doctor. 'Omnia' non simpliciter quae sunt ad pietatem necessaria: quid Christus sit, quoniam ambulandum in charitate, ferendam crucem, iudicandum de malis spiritibus. Quia habuistis Euangelium, ad hoc venit unctio et ab eo, qui sanctus est, Rurt da mit wo her wir Christen heißen. In Ebreo 5
est heß vox unctio, non sonat wie man aliquas res salbt, sed proprie ein priester und k̄nig salben et sacerdotale et regale nomen. Hoc latinum grecum teutonicum bringt nicht mit¹, sed anders verbum, imaginor oleum rasoris. In Ebreo proprie heißt, wie man die priester und k̄nig hat gesalbt, die priester- 10
lich et levitice sind geweiht. Inde Papistae se solos vocarunt Christianos: 'Nolite tangere meos', Non cogitans esse vulgare nomen omnium Christianorum. Christianus dicitur inde, quod unctionem habet, quod unctus est et Messias. Haec unctio salben nihil est nisi spiritus sanctus. Spiritus domini super
ps. 45, 8 me eo, quod unxerit, psal. 44. 'propterea unxit' &c. Summa summarum: 15
Unctio est spiritus sanctus ille et spirituale unguentum facit sacerdotes et reges ut Christum, Sic adherentes Christo, a quo nomen habemus, es ist mir lezt, daß wirs nicht geben konnten in aliis linguis. Quando sum Franciscanus a francisco &c. gloria. Sed non ideo sum Christianus, nec qui ieiunat. Et accipe omnia nomina, quae potes cogitare, non inde vocantur Christiani nisi ab opere Christi. Nomen hoc gihet uns Christus allein an. 20
Non vocatur ab opere sed solo Christo. Et hoc solo nomine damnantur omnia opera, coenobia. Christianus ist, der nicht auf den wercken stehet. Carthusianus potest dici ein Claußer, pertector cilicii. Certe conclusum: nemo venit ad deum nisi ut unctus et Christianus. Ex solo ergo nomine in-

13 salben oder saltem

¹) = dieses (das hebr. Wort f. 'salben') bringt das entsprechende lat., griech. u. deutsche nicht mit, d. h. während diese 3 Sprachen nur 1 (an die Badestube erinnerndes) Wort haben, hat das Hebräische 2 Worte: eins f. das gewöhnliche, eins f. das heilige Salben.

p] et habent Spiritum S. Propter hos debet se humiliare, et humiliter de se 25
sentire. Nostis enim, quae sunt ad pietatem necessaria. 'Unctio' alia Latinorum est, alia Christianorum. Nam Papa ex hoc loco suum ordinem 'unctum' vocat, non intelligens, quod omnes Christiani sint hoc modo 'uncti'. Haec vera 'unctio' nihil aliud est, quam Spiritus Sanctus, in tecto Pentecostes effusus. Hoc Christus quoad humanam naturam unctus est absque 30
mensura, consortes autem eius iuxta mensuram. Propterea dicitur, 'Unxit
ps. 45, 8 te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae, prae consortibus tuis', Ps. 45. Haec spiritualis 'unctio' facit Reges et Sacerdotes. Quemadmodum illa Christum Regem et sacerdotem facit, ita et nos in conspectu Dei reges et sacerdotes facit, i. e. fideles et electos. Franciscani et Dominicastri a regulis hominum 35
dicuntur, nomen vero Christianum a nullo opere dicitur, nisi a solo Christo. Si enim forte aliquis ex me quaerat, an Christianus sim, statim, huic quaestioni satisfaciens, dico, 'Nullo opere, nisi fide in Christum, talis sum'. Sic etiam conclusum est, neminem salvandum, nisi Christianum, hoc est, qui

3) telligunt Christiani, quid verum sit doctum. Ergo utcumque Christianus sit gering, libenter eum honorabo et humiliabo me coram ipse. Ergo dicitur Christianus de unctione i. e. spiritu sancto. Christus ist sein herr, qui teilt im die selben salben et spiritum sanctum mit, et sic tranet ex auß yn, et unns
 5 iuch), eandem iusticiam habeo quam ille. Ergo ex sola fide Christiani finus, per quam induo eum et econtra ipse me et per hunc leg ich all mein ungluck auff ynn, econtra omnia bona ipse auff mich. Si hoc daret cappa, stultus Christus, qui effudisset sanguinem suum pro acquirendo spiritu sancto. Hergot vom himel wie sind die predig verloschen. Vestalis quando impugnata
 10 a Satan, semper sic respondit: Christiana sum. Si quis serio loquitur hoc verbum, certe diu non consistet Satan, quod novit was gilt, rendt den braten wol. Si dicis ex animo, non times tibi a morte. Si es Christianus, habes unctionem spiritum sanctum Christum cum omnibus i. e. herco in Christo, si vis me damnare propter peccata mea, de nullis scio, quia Christus
 15 in se tulit peccata mundi. Es ist nur dran, quod non credimus. Utinam contra maledictam naturam hoc recte praedicemus, quae semper suis operibus vult fugere mortem. Et interim canunt 'Veni creator spiritus'. Venit, quando

2 me(cum)

10 Si) Sie

677, 7 — 678, 4 Quod si cucullus haec tanta dona nobis offerret, certe extrema stulticia fuisset Christum effundere sanguinem et pati mortem, ut hac unctione per spiritum sanctum
 20 ungeremur, quae nos tantorum donorum faceret participes. Recte igitur monialis illa, quae tentata de peccato, nihil aliud Sathanae respondit quam se esse Christianam. Christianus enim habet unctionem illam, per quam Christus nobis donatur cum omnibus, quae habet. Quando igitur tentatur de peccato admissio, per unctionem hanc in Christum respicit, a quo sua peccata videt sublata in cruce. Sed hic sentimus incredulitatem nostram, quod haec
 25 non satis firmiter credimus. Quare nunquam cessandum est ab hac doctrina, ut assiduitate illa natura nostra, quae in metu peccati et mortis semper ad opera respicit, paulatim vincatur. Tum invocandus quoque est spiritus sanctus et canendum carmen: veni, sancte spiri-

p) operibus et meritis Christi fident. Dicitur ergo Christianus ab 'unctione' ista. Christus enim omnia sua tribuit suis, eundem Spiritum, eandem iustitiam,
 30 eandem sanctitatem, ex hoc opere imputationis et adoptionis dicuntur Christiani. Per fidem enim omnia recipimus, Cartheuser-Skappen geben es nicht. Stultissime fecisset Christus, si quis illis potuisset fieri Christianus. Praedicandus est Christus. Sic Mechtildis dicitur, quoties a diabolo impediretur, respondisse, 'Christiana sum. Credo enim.'¹ Qui hoc intimo animo dixerit, certus fit, diabolum non praevaliturum. Si enim Christianus sum, iam habeo
 35 'unctionem' et Spiritum sanctum, et iam Athleta sum. Quid vero contra hanc 'unctionem' valebit diabolus? Si et vos possetis sic dicere, nihil valeret daemon. Aber es steht uns am Glauben. Totus mundus fiduciam in se collocat, et suis se operibus salvare cupit, hinc totus mundus impletus
 40 est monasteriis. Canunt quidem, 'Veni, sancte Spiritus, et unge me', sed

¹) Vgl. Preger, *Gesch. d. deutschen Mystik* I, 113fg. In dem „Buch geistlicher gaden“ (Leipzig 1503) Bl. 58^b — 59^a. Aber auch von Mechtild v. Magdeburg wird Ähnliches berichtet.

¶] es desperans et cor diffidit et invocas Christi nomen vel audis praedicari
 2pg. 10, 44 Evangelium de Christo, ut Acto. X et alibi, quia spiritus sanctus non vult
 fließen nisi per Christum, non per tua opera, quando vero praedicatur: ipse
 Joh. 10, 17 vitam pro nobis Ioh. X, tum venit per hoc canale.

Admonet ergo nos, unde Christiani simus, deinde Christianum et iusticia- 5
 rum. Per nullum opus fit Christianus, possumus fieri speciosi & coram
 Röm. 4, 22 mundo sed non deo, ut Ro. 4. fecit opus, quo deo obedivit, et tamen non
 iuvit eum. Sed scriptum est 'Credidit Abraham'. Oportet unctionem habea-
 mus. Hoc nesciunt papae episcopi clerus, quid sit Christianus, qui habet
 unctionem spiritus sancti sine omni opere. Vocatur enim a sola fide Chri- 10
 stianus, quae facit participem Christi omniumque operum Christi, deinde a
 nullo opere, Ro. 4., iustificatus est coram mundo. Sic Carthusianus, Minorita,
 Ieiunator est frōm, sed er fhom fūr got da mit nicht, sed gloriatur coram
 deo de Christo. Ergo, inquit Iohannes, quid opus, ut multis doceam vos,
 estis Christiani. Sic nos facimus: Ego sum tuus magister et tu, et tu meus 15
 discipulus et econtra ego.

'Sanctus' quare addit? Distinguit sanctos Satanae a dei. Satan dat
 etiam spiritum, quin plus iactant spiritum sanctum quam Christiani, qui non
 1. Cor. 2, 12 facile gloriatur, illi saepe: spiritus, Paulus: 'spiritus mundi'. Sed non est
 spiritus, qui veniat ab eo, qui sanctus est. Ille facit veros sanctos, alius 20
 inflat et facit duplo peccatores, quia inflantur et quod iniustum est, ornant

5 nos o 9 (est) habet

tus et vocatus aderit (et) ac cor desperans et pavidum per nomen Christi eriget et con-
 firmabit. Per opera tua non (provo) veniet ad te sed tantum per nomen Christi, qui eum
 praedicatur pro nobis passus et mortuus, spiritus sanctus per verbum euangelii [verbum
 euangelii rh] quasi per [o] canalem illabetur in corda.

25

¶] non veniet. Si autem tibi esset cor contritum et humiliatum, veniret, sicut
 2pg. 10, 44 in Actis c. 10. ad praedicationem Petri, 'cecidit Spiritus sanctus super
 omnes, qui audiebant verbum', ubi illi erant humiliati. Hic ergo admonet
 nos Ioannes, unde dicamur Christiani, von dem frōmmen Christo. Per
 nullum opus evadimus Christiani, sed per fidem. Per opera possumus qui- 30
 dem fieri sancti coram mundo, sed non coram Deo. Paulus dicit, Rom. c. 4.
 Röm. 1, 2 'Si Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud
 Deum'. Debuit habere 'unctionem', i. e. donum fidei, fōlste er frōmm werden.
 Per fidem enim et nullo opere efficiamur participes Christi. Cur dicit, 'Sancto?'
 Distinguit sanctos diaboli a sanctis Dei. Habet etiam daemon suos sanctos, 35
 immo, plus illi gloriantur de sanctitate, quam veri sancti. Nam, sancti Dei
 non facile gloriantur. Sed quosdam spiritus ille daemonum decuplo facit
 3er. 2, 13 peiores, et est spiritus superbiae. Ierem. cap. 2. 'Duo mala fecit populus

- 3] et dicunt verum. Hierc. 2. 'duplex peccatum peccavit populus, me dere- 3er. 2, 13
liquerunt' et manet unrecte et illud etiam dicunt iustum. Exemplum:
Monachi, qui ambulant in speciosa vita. Illud opus non est fructu opus, non
salvatur per hoc. Si fall drauf et dico deo placere, est duplex peccatum,
5 quia ibi desero vivam aquam et facio cisternam, quasi sit aqua vitae. Per
oppositum rurt: isti habent siccitatem a prophana, quamquam maiori specie.
Papa dicit nos habere diabolum omnem, conscientia nostra dicit: Christus
non frustra mortuus. Sapientia patris est mortua non gratis, ergo sequitur:
manentibus nobis cum Christo &c.
- 10 'Et nostis omnia.' Qui Christum novit, omnia novit. Qui enim
credit, quod Christianus dicitur ab habendo Christo exclusis omnibus studiis,
facile iudicabit omnia Carthusianorum et novit vitam Carthusianorum per-
spicue, ipse non. Et dico clericorum cultum esse diabolicum. Id quod
ipsi ignorant, hoc est 'spiritualis omnia diiudicat &c.' Putant ipsi se Christianos, 1. Cor. 2, 15
15 sed ne nomen quidem noverunt. Student aliquam facere elemosinam, respon-
dent. Si fit ex fide, est bonum, quia suum iudicium est, sine Christo ista nichil
volgethan, econtra in Christo omnia. Si itaque quis haec novit, omnia
novit, quae ad salutem. Si propositio manet 'ista opera non faciunt Chri-
stianum', tum concludit omnia. Ergo ordines et status, qui ordinantur ad
20 salutem consequendam, nihil sunt. Adhuc declarat suam humanitatem erga
Christianos. Ibi met confitentur, quod sciant, quae scribit. Quare ergo scribit?
Quia aliqui in turba Christi, illi nunquam satiantur et non satis habentes
etiam libenter audiunt, ut perfectiores sint. Sciatis dic veritas in Christo,

14 ignorat 20 humanitatem] huius [was auch in das oft ebenso geschriebene humili-
tatem aufgelöst werden kann] 22 aliquid

- 679, 20 — 680, 6 Pergit declarare suam humilitatem erga Christianos ac iterum confitetur,
25 quod sciant, quid scribat. Querat autem aliquis: cur scribis igitur non necessaria? Re-
spondeo: quia Christiani etsi sciant illa, tamen nunquam saturantur ea audire et discere, ut
subinde magis fiant perfecti, sicut dicit sapiencia: 'qui me edit, esurit me adhuc magis' et
p] meus.' Sic duplex peccatum est, appellare iustitiam illud, quod non est
iustitia, et, derelinquere veram iustitiam. Sic faciunt omnes monachi, qui,
30 deserta fide in Christum, fiduciam collocant in sua opera. Hoc est, quod
Ioannes hic dicit, per antithesin, 'habere a Sancto illo Spiritum', et, 'non
habere Spiritum a Sancto illo'.

- 'Et nostis omnia.' Verus Ecclesiae N. T. character est, 'nosse omnia'.
Nam olim quidem norant, quae satis erant ad salutem, sed hodie 'novimus
35 omnia', nec opus est pluribus. Cerinthus novas iactabat revelationes, et
maiores scientiam, et hinc seducebat multos. Sed hunc vitare iubet, quia
aliud Euangelium praedicabat. Nostis hoc Euangelium, et omnia, sed, quae
ad fidem et Christianam vitam pertinent.

'Non scripsi vobis, quasi ignorantibus veritatem.' Hic fatetur Ioannes, 2, 21

3] sic ego facio. Habitibus existentibus in natura cessat motus, *hie nicht*. Vanus doctor loquitur eis, qui etiam tam bene norunt ut ipse. Et doctor tam libenter audit: 'Qui me edit, esurit adhuc.' Ut angeli non satis videre

1. Petri 1, 12 possunt, 1. Pet. 1. Infinitus thesaurus: quo magis discitur, magis desideratur.

2. Petri 3, 18 Qui contrarium, nihil noverunt ut hodie nostri Schwermeri 'Crescite in gratia 5 et cognitione salvatoris.' Magnum, ut quis mortificet suam iusticiam, damnet et habeat pro peccato et aliena niti, quam non videas, sed solum audias. Hoc scribit contra Antichristianos: Veritatem scilicet, quae iam impugnatur. 'Exierunt ex nobis', volunt veram doctrinam invertere, sed habetis unctionem, et *weiß das recht ist*. Hebraismus 'Ex veritate nullum venit mendacium'. 10 Simpliciter loquitur Er redt auff den *schcin*, quam Antichristiani praetendunt, qui florent, cum exorti fuerint peccatores et florent ut pereant, die rotten gehen *alheit oben und trucken die Christen unter*. Ipsorum est mendacium ariditas ipsorum veritas unctio. Sic fuit Arianus, Pelagianus, quia Satan macht ein *nebel für die veritatem*. Ut quando celum obducitur nubibus, non videtur sol sed tantum occultus latet: die *son hat so viel wolcken überlebt* et tamen nubes lassen nicht nach, aber sie fragt nicht darnach, Sic cum Evangelio: utcumque multi Schwermeri insurgant et illis credatur, interim Evangelium: noch *werd ich bleiben, die Son wird die wolcken der Sacramen-* 20 *tirer all weck treiben*. Consolatio est. Antichristi sunt hic, quid faciemus? 'Ex nobis': gratias agite deo, scimus veritatem et quod nullum mendacium est in ista veritate. Iactent ipsi certissimam veritatem sed *ghen cum un-* 2, 22 *ctione umb a mendaci patre*. 'Quis est mendax' Vides, contra quem loquatur nempe Cherintum. Legitur, quod Iohannes venerit in balneum cum

1 existentibus *unsicher* zu 5 Pet. r 11 Anti über Chriani 16 occultu(m)s
19/20 Sacramentirer] Sac

sicut angeli non possunt saturari aspectu Dei, ita fideles tractatione verbi non possunt ex- 25 pleri. Est enim infinitus thesaurus, qui quo magis discitur, eo magis desideratur. Quare qui se tenere hanc doctrinam perfecte putant, illi nihil sciunt. Magnum enim [*rh*] et arduum negotium est mortificare, imo tanquam peccatum [*tanquam peccatum rh*] damnare suam iusticiam et niti aliena iusticia, quam non videat nec sentiat sed solum audiat sibi promitti.

Opus igitur est perpetuo illa adhortatione Petri: crescite in gracia et cognitione salvatoris. 30 2, 22 680, 23 — 681, 10 Hic ostendit, contra quos loquatur, nempe contra Cherinthum et eius

¶] quod sciant, veritatem, sed quam? quod Christus venerit in carnem. Haec enim ipsi praecipua veritas Evangelii est, ex qua tota reliqua sapientia pendet.

'Et quoniam omne mendacium ex veritate non est?' Hebraismus, 'Ex veritate nullum est, seu venit, mendacium'. Omnia contra fucum falsorum 35 doctorum, qui veritatem de incarnato Christo negabant, ideoque mendaces erant. 'Quis est mendax, nisi is, qui negat, esse Christum?' qui ergo ex veritate geniti sunt, et Christum confitentur, non sunt mendaces.

2, 22 'Quis est mendax.' Applicat illud generale elogium nostrae miseriae,

3] discipulis et Cherintus postea. Ubi habuit sein getwar 2c. Nescio tamen, an
verum. Sed iste primus, qui cepit negare Christi divinitatem, Sicut Pelagius
primus gratiam dei. Postea papatu non negarunt verbo dei gratiam sed
re, quia praedicant: liberum arbitrium est aliquid et opera facta ex libero
5 arbitrio placent deo, quando homo facit quod est in se. Pelagius cepit
crassis verbis negare dei gratiam. Contra papa ornavit rem: Nihil meremur
sed possumus nos praesertim. Sed cor contritum et humiliatum respicit
spiritus sanctus. Ebion macht ein fuchsen ex novo et vetere testamento, hoc
suscepit Turca ut papistae Pelagii errorem, Arius Cherinti. Arius ging
10 aber feüberlicher da mit umb, Cherintus crassus fuit abnegator divinitatis
Christi et fuit, quando Euangelium adhuc fuit in voce, propter quem scripsit
Euangelium et Epistolam. Applicat miserum elogium, quod omnes sunt
mendaces. Qui dicimus Christum naturalem dei filium, muß stincken und
liegen sein. Illi extulerunt humanitatem Christi maxime, ut divinitatem
15 deprimerent. Sic Schwermeri iactant gloriam dei spiritualem manducationem,
ut prosternant veritatem corporis et sanguinis Christi. Pelagiani: Nos volu-
mus homines trahere ad iusticiam, vos ducitis ad desperationem. Sic Cherin-
tus: Est dei filius ut sanctus propheta, sed quod dei filius, hoc est Christum

1 Ubi *c aus* Ibi habuit] hab 3 papatu] pastatu 6 papae 9 Arrii Cherinthus
10 umb] unß zu 16 über corporis steht verum usum

complices. Ferunt Iohannem aliquando cum suis intrasse balneas publicas et eum forte con-
20 spexisse ibi sedentem Cherinthum, monuisse suos, ut cito fugerent, Deum enim expetiturum
poenas in impium hominem. Cumque una cum suis ex balneis fugisset, eas collapsas et
Cherinthum cum suis oppressum esse. Hoc sive verum sit sive non, hoc tamen constat
Cherinthum primum fuisse tempore Iohannis, qui divinitatem Christi negavit, sicut Pelagius
primus fuit, qui negavit gratiam. Papa licet verbo gratiam non neget, re tamen negat, quia
25 docet liberum arbitrium satis esse ad impetrandam gratiam (coram) a [r] Deo, seu quod
opera a libero arbitrio facta mereantur gratiam ex congruo, unde eciam sententia illa
celeberrima fuit hominem, si faciat quod in se est et non ponat obicem gratiae (certo)
salutem consequi. Ebion ille confudit novum et vetus testamentum. Sicut autem Papa
Pelagii, sic Turca Ebionis errorem secutus est, Arius autem Cherinthus, quanquam paulo
30 subtilius egerit causam suam quam Cherinthus.

p] 'Omnis homo mendax', Ps. 115. Boni Filioli, etiamsi illi gloriantur valde, 2^{te} 115, 2
et fucum faciunt sibi, nunquid ideo nos mendaces sumus? Immo potius
illi sunt mendaces. Nos enim 'unctionem' habemus, illi expectant, nos iam
novimus omnia, illi salutis viam nesciunt.

35 'Nisi is, qui negat, Iesum Christum esse.' Notat Cerinthum, qui pri-
mus fuit, qui coepit negare, Christum esse Filium Dei, sicuti Pelagius pri-
mus erat, qui negabat gratiam Dei. Quod inceptum est a Pelagio, con-
summavit Papa et sui. Quod Cerinthus inceptit, Arius perfecit, quod coepit
Ebion, persecutus est Mahumeth. Sic omnes haereticorum et sectariorum

3] honorare, ut Iudei fecerunt, dant illi ein geringe ehr et auferunt verum. 'Qui negat, quod Iesus non': daß ist der Cherintus. Exponit Iohannes, quod Christus sol sein got's und menschen son: qui negat Christum esse deum, negat totam personam et totam trinitatem. Iohannes in Euangelio: 'Pater in me et ego', 'qui spernit me, et eum, qui misit' et 'honorificent filium ut patrem' et illo honore, quo ipse honoratur. Hoc concludit filium esse deum. Sive neges Christum humaniter sive diviniter, es Antichristus et tamen partialis. Syllogismus, quo probat, Daß ist unser trost: qui habet filium, habet patrem, ergo Iudei Christum negantes non habent deum. Sic Arriani twenn mans Christi felt, hat man got's gefelt. Sic Sacramentarii negant x. Negare eum in uno loco est eum ubique negare. Ipsi fingunt alium Christum esse quam est. Iudei: deus est, qui creavit omnia. Bene, et non habet filium. Schwermeri sic: Christus, qui redemit nos, qui dat spiritum sanctum nobis, sed nullus est Christus, qui habeat corpus et sanguinem in pane et vino. Et talis Christus, qui fingitur ab illis, non est, cuius caro sit inutilis.

2 Iohannes] Chrg [Christus nie so geschrieben, es sollte Cherintus werden] c in Iohs 10 felt] felt

2, 23 682, 9 — 15 Exponit autem Iohannes hic, (vocabulum) quid sit [quid sit o] Christus, nempe verus Deus ab aeterno et verus homo in tempore. Qui igitur Christum negat esse Deum, negat totam personam et consequenter etiam totam trinitatem. Sicut in Euangelio Iohannis dicitur: Pater in me est et ego in patre. Qui me spernit, spernit eum, qui misit me &c. Sunt (autem infinita ...) enim [o] plurima et firma testimonia divinitatis Christi. Qui igitur Christum negat, Deum negat, et qui Christum Deum non habet, nullum Deum habet nec in coelo nec in terra et est vere Antichristus et mendax.

Antichristus est, qui patrem et filium negat. 'Qui enim negat filium, negat et patrem.' Est clara sententia, quod extra Christum nullus sit deus, Item quod omnis cultus, qui sine cultu Christi est, sit mera idolatria et blasphemia Dei, item quod sine Christo sit nulla redemptio seu remissio peccatorum et insticia, quæ nos omnia diligenter tractavimus in cap. 15. et [15 et rh] 16. Iohannis.

P] turmac, omnes nationes et gentes, insurgunt adversus Christum, 'tumulantur Ps. 2, 2 et loquuntur inania' Ps. 2. Sed omnes illi sunt Ioanni 'mendaces'.

'Qui negat, quod Iesus est Christus.' Ille quidem est Cerinthus, et plures, qui eius vestigia legunt. Christus constituitur ex Humanitate et Divinitate. Qui negat Humanitatem, negat totum Christum. Item, qui Divinitatem. Haec est 'Voluntas Patris, ut omnes honorificent' Filium, 'sicut honorificant' Patrem, Ioh. c. 5. Ex quo sequitur, Filium esse Deum. Omnis, qui negat Filium, negat et Patrem. Qui confitetur Filium, confitetur et Patrem. Si habemus Filium, et Patrem habemus. Magnum vero hoc solatium Christianis. Qui vero in uno loco negat Christum, ubique negat. Sic, qui dicunt, non est Christus, qui habet corpus in pane, et sanguinem in vino, illi non habent Christum, quin immo, idolum cordis sui. Negant enim summum Divinitatis attributum, praesentiam Christi.

2, 23 'Omnis, qui negat filium, nec patrem habet.' Hoc ante iam explicatum.

R] 18. Septemb. Reges sumus, quia vincimus peccatum mortem infernum non nostris meritis α . sed quia Christus est victor, a quo vocamur Christiani, qui sicut est rex et victor, ita nos. Haec una est unctio et inferior, altera superior: esse mediatorem inter deum et homines regere corda in his, quae ad deum pertinent. 'Gloria est omnibus sanctis ad alligandos' psalmus. Divinitus est nobis datum, quod verbum nostrum est verbum vitae salutis, posuit Christus in os nostrum hoc verbum, quod suum, quo illuminemus in tenebris, erigimus deiectos, iustificemus peccatores. Haec sunt officia sacerdotis. Cor. 'Posuit in medio nostri verbum reconciliationis'. Si spectes externam rem, non est gloria. Sed Euangelium est virtus dei. Satan novit, quod vitae pacis verbum sit. Et Christianus docens est verus deus in orbe terrarum. Constituit Mosen deum Pharaonis, quia constituit verbum in os eius, per quod omnia facit. Ergo quod sumus magistri mundi et oramus

1 Das Datum steht neben der vorhergehenden Zeile zu 12 Mose deus Aaronis *resp*

P] In spiritualibus rebus sumus Reges super Satanam, Sacerdotes in spiritualibus, quia vocamus homines ad nostrum consortium. Vides, quam non pigeat Apostolos, eadem repetere, quod tam magna sit haec gloria, ab istis non recedere. Ideo Satan non cessat, ut revocet nos ab isto verbo. Syvermeri recedunt a Christo, et relinquunt suas stationes. Dies et noctes non cessat Satan nobis insidiari, ut avocet a cognitione verbi. Das ist sein Berz 'Dirumpamus vincula eorum, et proiciamus a nobis iugum ipsorum', Ps. 2. Ibi Satan depictus est. Ipse enim sic fremit, ipse sic tumultuatur in ipsis regibus. Nos, qui sumus pars Christi, et vinulum illius verbi, quo Christus ligat nos, quaerit dirumpere. Non ergo cessandum, ut illius caveamus insidias. Christianismus continua 'colluctatio est, non adversus carnem et sanguinem, sed adversus Principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum', Eph. c. 6. Non est secure agendum. Haec est ratio, quare Apostoli eadem inculcant, quia sciunt illas insidias Satanae. Sumus constituti Reges et Sacerdotes, sed sic, ut utamur officio, bellemus contra adversarium. Res magna et ardua est, esse sacerdotem adversus Principem mundi et potestates diabolicas. Hoc ergo admonet Ioannes, nec satis admoneri possumus, tanta est malignitas diaboli. Habet quidem diabolus Antichristos, de quibus ante, sed non est contentus. Quanto plures habet, tanto plus habere vult, non est requies illi, quamdiu videt unum sincere

14 Das von hier bis 684,31 Stehende findet sich in Neumanns Text erst zwischen 688,28 und 29. Da offenbar nur Versehen oder Willkür des Schreibers von P vorliegt, haben wir in unserm Texte den Abschnitt an seinen ihm durch R zugewiesenen richtigen Platz gestellt.

¶] et interpellare, accedere ad deum et accipere verbum et spiritum et con-
 vertere ad homines et docere eos et rursus ad deum et opponere se contra
 peccatores, Satanam hoc maximum est, quod verbum habeat homo, quod
 fugit Satan, mors. Gloria misericordiae dei est, quae est inestimabilis. Ergo
 sunt dii in terris, domini, reges in spiritualibus rebus super diabolum. Do-
 mini in spiritualibus, quia erudimus et renovamus homines ad consortium ꝛ.
 Sic late patet hoc vocabulum Christianos esse. Solliciti sunt apostoli in-
 culcare et non piget unum et idem semper dicere, quia norunt periculum
 maximum, si a verbo deviarimus, quia unctio regnum sacerdotium h̄intweck̄.
 1. Petri 2, 9 Genus sacerdotale, Petrus: Regale sacerdotium. Ex quo iam grandis est res
 Christianus, ideo Satan non cessat sed aggreditur, nimbt die schrift et varias
 species fur sich, ut avertat. Ut nostri solum spiritum volunt habere ex-
 ternum¹. Ibi furit Satan penitus: spiritus, spiritus muß sein, externum ver-
 bum nihil, sunt suggestiones, sunt Satanae, quae auferunt Christum, unctionem.
 Istas insidias dies noctesque patimur. Manifeste facit per haereticos, priva-
 tim cum privato quoque 'dirumpamus vincula eorum' ist̄ sein Vers, frenunt
 gentes ꝛ. Quis est in istis regibus, gentibus contra Christum? Satan. Nos,
 qui sumus pars Christi, de qua dixit 'dirumpamus vincula eorum', quia
 sumus pars illius vinculi ꝛ. Ergo spectandum in omnes angulos. Chri-
 stianus procedit cum verbo in publicum, quia Matth. 5. et Christianus vult eum
 premere iugo et capere vinculis, certe non sat patitur. Ergo Christianis-
 mus est pugna (in Eph. 6.). Sine intermissione orandum ad dominum et
 non secure agendum ut Schwermeri, ut putet se non posse errare. Ibi
 Phil. 3, 1 'eadem scribere vobis necessarium', Paulus, quia novit insidias Satanae.
 Sumus ergo uncti constituti sacerdotes et reges non frustra, non est nobis
 otiaandum. Si reges sumus, bellatores, habemus contra nos reges Satanae cum
 suis. Christus dicit ad nos: 'Confidite, ego vici'. Res magna est sacerdotem
 et regem adversus summas potestates in orbe terrarum et portas inferi. Et
 Phil. 2, 4 vult drum entzwei, die prediger erborgt und zum Land hin auf. Sed domi-

zu 8 Apostoli idem sepe inculcant ꝛ zu 10 1. Pet. 2. ꝛ zu 16 ps. 2 ꝛ

¹) externum *hdschr. sicher; man erwartet* internum

p] confitentem doctrinam Christi. Nisi Christus constituisset suum regnum, 30
 dirumperet certe et Regem, et regnum.

2, 24 'Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat.' Natura nostra est
 talis, ut semper cupiamus nova, non contenti tradita et accepta doctrina,
 et, quia scit diabolus, talem esse nostram naturam, insidiis aggreditur illam,
 et lucem introducit, novas sectas et doctrinas excitat. 35

'Si in vobis permanserit, quod audistis ab initio, et vos in filio et
 patre manebitis.' Quasi dicat, si Antichristos admiseritis, vel eius assecclas,

2) nus irridebit. Viderunt sancti apostoli, quod haec satis non possunt inculcari, tantae diabolicae sunt insidiae.

‘Ab initio’ repetit. Quidquid videtis Antichristos insurgere, digressi 2, 21 sunt a puro verbo et invenerunt aliud. Nee contentus Satan, quod cupidus
5 victoriae sine fine, cum hodie illos deiciat, conatur, ut alios deiciat. Ubi unum Christianum videt, Christum fatetur. Sed ‘ego constitui eum regem’ Et ^{Ep. 2, c. 11, 4} ‘dominus ridebit eum’. Sed interim admonemur, ne scimus securi. Qui non novit haec, putat Iohannem inculcare verba inutiliter i. e. videte, ne quid novi acceperitis. Nam natura nostra 2c. Eva habuit mandatum, ne
10 ederet 2c. Statim disputavit, an nova doctrina posset consistere, heimlich jählich fau ex. Non est contenta .i. verbo, wie wenn das auch recht wer, das ist arreptio per insidias Satanae. Audistis filium deum et Christum venisse, ^{Ep. 6, 11} videte, ut maneatis 2c. Inutilia verba rationi, q. d. si admiseritis aliam doctrinam, a patre et filio deficietis. Eadem verba in principio Epistolae ^{1. Joh. 1, 3}
15 de consortio.

‘Permanebitis.’ Ibi nullus novus locus doctrinae admiscendus. Simpliciter corrigendi adfectus. Nos volumus vindicari doctrinam nostram, dicunt Schwermeri, das ist ein rechter jählaugen jählich. Ego gratiam habui contra homines, si contra ea volunt loqui, quae credo, jo laß ich mich nicht
20 dazu bringen, ut disputem cum eis, quia wer da hin et non aedificarem. Iam exorietur quaestio: An verum sit Christum esse filium dei, an scripturae dicant. Paulus insidiosum accessum vocat. Clari loci de divinitate Christi, ^{Ep. 6, 11} faciet non claros: ergo Christus non est deus. Hymenei, qui subvertunt ^{1. Tim. 1, 20} audientes. Si obviat tibi haereticus et disputare vult tecum, die: Si vis
25 credere, hic locus est, crede, sin minus, discede. Primum ante omnia est insistendum fundamentis primae doctrinae, ut certi simus hic in sensu nostro, quando scis hoc esse verum, quod venit postea, condemnabis. Ut fundamentum nostrum est primum: Iesus filius dei est mortuus, ^{Ro. 4. in fine, Röm. 4, 25}

13 vt o 24 tecum c aus decum

p) tunc certe negabitis Patrem et Filium, quia, ubi nullus admiscendus est
30 novus locus doctrinae, oportet priorem doctrinam tam esse certam, ut non admittatur diversa doctrina in indicium. Diabolus iubet me dubitare, an verum sit, quod credidi. Si vero incipias dubitare, an verum fuerit Euangelium vel non, iam imminet tibi lapsus ut Protoplastis. Corripiendi ergo sunt, verbi gratia, qui quaerunt, an probari possit ex scripturis Christum
35 esse filium Dei, ut Erasmus in suis annotationibus. Quod si hoc recipimus, vide, ne exidamus a vera doctrina. Ante omnia insistendum fundamentis primae doctrinae, ut persuasi et certi simus. Ubi autem certi fuerimus, quicquid postea adductum fuerit, habe pro sibilo Satanae et contemne. Christus est pro te mortuus et suscitatus, per hunc salvandus es. Sed, in-

3] Satan: quid si forte aliquid sit sanctitas in Papatu? Et cor sollicitat, ut
 scrutari velimus, tum fit, ut obliviscamur huius fundamenti, quia tantum
 3ac. 4, 8 negocii cum hoc. Iacobus: 'Resistite diabolo et fugit a vobis', egregium
 verbum. Noli te tradere disceptationi, sed resistendum: *Trol dich, Satan*,
 ibi stet Christi verbum, daß jagt er, *heiß dich mit hm*. Si venit ad quae-
 5 stionem, sequuntur cogitationes infinitae. Si dico: deus manus verax daß
 1. Tit. 3, 10 *heißt* resistite 1c. Sic ad haereticum dicendum ut Paulus 'post unam'. Ipsi
 alienati a fundamento, ergo possunt invenire glossam ut: caro mea est cibus
 i. e. divinitas. Tradiderunt se glossis et propriis cogitationibus. Vim dei
 i. e. pro optima creatura accipitur. Satan iam cepit eos et vertit eorum fun-
 10 damentum in dubium, ergo agitantur variis cogitationibus. Verbum certum
 habemus, sed stat in medio pugnae. Privatin quaerit nos satan in cordibus,
 publice ceu servi. Et verbum debet stare super modium. Et Satan *bleßt uber-*
all zu, Christus muß erhalten. Ergo Iohannes: ne permittatis vos seduci,
 nolite averti, aures et oculos continete intra certos terminos. Dina si man-
 15 sisset in tabernaculo patris 1c. Ubi Eva aperuit oculos et inspexit arborem,
 1. 2. Mojs. 3, 1 *ging's da hin*. 'Quare', inquit Satan, ibi oculos avertit ab omnibus arboribus

3 negocii] neg

5 *heiß* oder *heißt*

12 Privati

13 ceu *c aus* seu

686, 5 — 687, 6 Ideo Paulus quoque monuit: hominem haereticum post unam et alteram
 correptionem devita. Qui enim se non patitur doceri uno certo scripturae verbo, cum [o]
 illo frustra rixaberis. Ideo Iohannes quoque monet: permanete in eo, quod ab initio audi-
 20 vistis, quasi dicat, Ne sinatis vos ullis disputationibus a verbo averti sed continete aures
 et oculos intra certos terminos verbi et sic tuti eritis. Eva cum discessisset a verbo et
 oculos in arborem et poma coniecisset, periit.

'Manere in filio, manere in patre' est Iohannis phrasis et significat divinum fieri.
 Per verbum igitur efficitur Dii, hoc est, reges et sacerdotes. Sunt haec magnifica encomia
 25 verbi Dei, quae nos admonent non sine maximis laboribus et periculis nos in verbo manere.
 Sathan enim hanc societatem nobis invidet. Ideo armat contra nos reges et sapientes mundi

p] quit diabolus, quid si etiam Papae leges servarentur? Hic si attentus fueris
 et has cogitationes receperis, excides tuo fundamento et priore doctrina.

3ac. 4, 8 Bene ergo Iacobus: Resistite diabolo et fugiet a vobis, c. 4. Non dicit: 30

Disputate cum Satana et haeretico, sed resistite hoc modo: Ibi est verbum
 Dei, si vis credere, bene, quod si nolueris, vade Parisios et disputa. Ubi
 aliter cum haeticis egeris et blande cum ipsis locutus fueris, oppugnat te

1. Tit. 3, 10 diabolus, ut auferat verbum ex corde tuo. Haereticum igitur hominem post
 unam et secundam admonitionem devita. Admonet igitur tam diligenter 35

nos Ioannes, ut cogitemus nos non esse in pace et securitate. Dina cum
 1. 2. Mojs. 36, 1 egrederetur, ut videret mulieres regionis illius, Gen. 36., i. e. cum Ecclesia
 audiret diaboli et haeticorum illas impugnationes et non esset contenta
 nostra doctrina, venit Sichern, id est, diabolus stuprator veritatis et corrupt
 40 virginitatem eius. Igitur manere in veritate *ist ein groß Ding*. Insidiae
 sunt multae, ne maneamus in verbo antiquo, sed qui vel latum unguem hinc

3] et in hanc solam convertit x. 'In vobis ab initio, vos manseratis' supra. Est fieri divinum, quia qui in patre, manet in deo, ergo per illud verbum efficiamur dii i. e. sacerdotes et reges, 1. Pet. 2. Magna et egregia verba, 1. Petri 2, 9 manere in eis est magnum sed *kojt viel ferlichkeit, es ist Satan leyd*, ut
 5 unus maneat in hac societate. Ideo armat reges, sapientes contra nos armis, consiliis. Vulgus etiam contra nos armatus. Ideo non frustra dicit 'Manete'. Epithasis. Quae est mansio in patre, exponit. Est verbum ineffabile, inquit, est vita aeterna, quam ratio non capit. Capitur aeternitate, non capit eam, Satan illam nobis non favet. 'Haec scripsi de his.' Exponit, quare 2, 26
 10 scripsit Epistolam. Ipsos non tangit seductores, sed qui seducuntur, quia vidit eos esse incorrigibiles: qui est primum organum satanae et primum lubitur, difficillime redit. Traditi sunt et suo iudicio sunt condemnati. 'Et subversus est.' Et ego adhuc semel Schwermeros admonebo, postea sinam Tit. 3, 11 eos Satanae, quoniam unum os illi obturatur, decem aperiuntur. Sic Iohannes
 15 Christianis scribit et monet eos, ne securi sint. 'Egressi e nobis.' Nos stamus dei gratia in puritate verbi, dabit operam, ut nos etiam zu trumer machyt, ut fiat versus verus: 'dirumpamus' x. Sunt verissimi Sophistae, non Ps. 2, 2 credunt, non positi in verbo sed sunt disputatores. 'Unctio' jehet zu, das ir 2, 27 tonig und prierster bleibt. Verbum manendi urget. Christianum fieri est

3 1. Pet. 2 c aus 2. Pet. 1

11 incorrigibiles c aus incorribiles

20 armis et (sapientia) consiliis, ut nos a verbo dimoveat. Ideo non frustra dixit Iohannes: permanete.

687, 9 — 18 Hic causam dicit, cur hanc epistolam scripserit et quibus: Non seductoribus, 2, 26 illos enim vidit esse incorrigibiles et a Satana obsessos, sed illis, qui seducebantur. De seductoribus enim praeceptum et regulam dedit Paulus, quod sint post unam et alteram admonitionem relinquendi et vitandi. Sicut enim hydrae plura [r] nova succrescebant capita
 25 uno preciso, ita si unum diaboli os obstruas, decem alia aperiuntur. Ratio est, quia credere nolunt et tantum volunt disputare. Christianum autem oportet non disputatorem esse sed, ut sic vocem, creditorem et fidelem.

p] recesserit, statim excidit societate Patris et Filii. Itaque manete in
 30 veritate.

'Haec scripsi vobis de his, qui seducunt vos.' Vobis, qui seducimini, 2, 26 scribo, qui vero seducunt, iis non scribo. Illi enim non redeunt, id quod videmus. Raro redemnt, qui magistri sunt novarum doctrinarum. Sic Paulus dicit: Scio, quod subversus est, qui eiusmodi est et delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus, Tit. 3. Non est agendum cum Satana, ut ob Tit. 3, 11 mutescat. Non silent isti, utcumque multa dixeris et scripseris, dimitte illos, non tacebunt, der teuffel leijet sich das mauß nicht stopffen.

'Et vos unctionem accepistis ab eo.' Audivimus supra de isto verbo 2, 27 unctionis, unde dicuntur omnes Christiani, a Chrismate scilicet. Nunc idem

N] commune et multi suscipiunt cum gaudio, Sed perseverare. Multos habui,
 qui me tentarunt scriptis et voce, dominus meus servavit adhuc, Sed quod
 avertunt illi, qui iam sunt. Qui iam sentiunt bene Euangelio et favent, faren
 Gal. 4, 15 denn auch qui bene ceperunt, sed non manserunt, Gal. 'oculos vestros' ꝛ.
 Ach wir sind zu securi. Es trifft pugnam cum adversario fallacissimo 5
 spiritu cum suis angelis. Oculi levandi et invocandus Christus: Rex super
 montem Sion, mane tu nobiscum. Repetitio mera et necessaria propter in-
 sidias Satanae. Solum, inquit, adhortor de divinitate filii, in Euangelio hoc
 scripsi, adhortor. 'Unctio' Ita simpliciter non possem loqui. Quando unctio
 vobis dicit per verbum Euangelii, tum sentitis in corde verum, econtra 10
 falsum. Sacramentarii, quando dicunt: 'Est significat', Impossibile est quod
 sit certum sed videtur esse verum, aculeus manebit in eorum cordibus:

7 mera] -era das kaum = vera sein dürfte

p]repetit et significat, quanta sit regia et sacerdotalis haec dignitas. Reges
 sumus, quia habemus potestatem super malis nostris. Super aspidem et
 Ps. 91, 13 basiliscum ambulabis, psal. 90. Vincimus carnem, mortem, diabolum, in- 15
 fernum non nostris viribus, meritis aut studiis, sed quia Christus est Rex
 et Victor. Ita et nos sumus victores. Altera est sublimior, quod etiam
 uncti sumus in Sacerdotes. Sacerdotis est prophetare, esse ministrum inter
 Deum et homines, regere et dirigere Principes in his, quae ad Deum per-
 tinent. Gloria haec est omnibus Sanctis eius. Divinitus nobis datum est, 20
 quod verbum nostrum est verbum salutis, quia posuit in os nostrum illud
 2. Cor. 5, 19 suum verbum, posuit in medio nostri verbum reconciliationis. Si species
 carnis indicium, vile est verbum. Christianus vero, docens verbum Dei, est
 2. Mojs. 8, 1 quasi Deus in orbe terrarum. Sic Moses 'Deus Pharaonis constitutus est',
 Ex. c. 8. Ergo haec officia, quod possumus esse Magistri et Doctores, 25
 intercedere et reconciliare, sunt sacerdotalia officia. Ista est gloria nostra,
 quam cogitationibus nullus assequi potest, etiamsi facile dicatur. Magnum
 est interim hoc verbum, quod diabolus metuit.

'Haec manet in vobis.' Id est, manete Christiani. 'Ἐπίτασις' est in
 verbo 'manendi'. Multi efficiuntur Christiani, et cum gaudio accipiunt ver- 30
 bum, sed non manent. Videte Galatas, quam subito mutati fuerint, videte
 Syvermeros. Omnes hinc male audiunt, quod unctione, i. e. veritate revelata,
 exciderunt. Ubi ergo habemus verbum, orandus est Christus, ut nos servet.

'Et non necesse habetis, ut quisquam doceat vos.' Necessaria repetitio,
 propter insidias Satanae. Mos enim scripturae est, bis ac ter dicere, quod 35
 pulchrum. Nihil autem sublimius est hac unctione, quae est effusio omnium
 donorum Spiritualium per verbum. Haec enim 'de omnibus nos docet', haec
 etiam eos, qui in illa manent, confirmat, 'ut habeant fiduciam, et non pude-
 1. Joh. 3, 28 fiant in adventu eius, v. 28'. Si cum Sacramentarii dicunt, 'est', accipi pro

28/29 Zwischen diesen Abschnitten steht in p das oben 683,14—684,31 mitgetheilte Stück.

23] Si falsum esset 'est' significat, quia non est ex unctione. Illam certitudinem fidei non habent illi haeretici et unctionem. Satan vero potest ein humanum caput einnehmen und erleuchten, ut putet omnia vera, quae cogitet, quia est mirabilis spiritus, ut possit ein geauß machen for den ort, ut sit ein trumet.
 5 Sie in corde incendere potest lucem, ut ratio iudicet eam, sed indicatur ab ea. Sie nostri sacramentarii capti ista falsa luce, ut non aliud videant quam 'est i. e. significat'. Hoc certe sentio in corde: Christus pro me mortuus, das ist werlich war i. e. vos sentitis in corde vestro, ut docet unctio. Disputatores etiam audiunt sed faciunt ex hoc mendacium, quia volunt alia cer-
 10 titudine corroborare et faciunt incertitudinem.

'Manete' iterum superflua verba, sed videt weiter quam nos i. e. thut 2, 27
 15 augen zu und bleibt. Ponit nos in mediis periculis, ubi adest satan, si potest occidere corpus, faciet. Et quisque studens serio in sacris literis multas habebit cogitationes. Ergo scientia nostra, quod constituti in medio periculo, ne fidamus nostris cogitationibus sed 'Manete' ꝛ. Nam tentatio, insidiae aderunt.
 23. Septemb: 'Fiduciam.' Vult confirmare nos, ut maneamus in doctrina et 2, 28

1 est über esset 4 trumet] kaum trumet zu lesen

689, 17 — 690, 7 Vult nos confirmare, ut maneamus in doctrina gratiae, qua credimus nos gratis iustificari iusticia Christi et merito eius nostram iniusticiam tolli. In hac doctrina, inquit, si manseritis, fiduciam habebitis in adventu eius, quo non erit iudex vester, qui eius
 20 misericordia fidei, sed remunerator et largitor omnium bonorum. Aliis iudex erit, qui eum in terra per verbum evangelii iudicantem et omnia sub peccatis concludentem non audiverunt

p] 'significat', id non est verbum, quia unctio id non docet. Nec potest 'confirmare' cor eorum, hoc esse certum, nec ex hac glossa 'habent fiduciam', sed pudescent in adventu eius, quod non manserint in unctione, 'uti docuit nos'.
 25 Sane certitudinem fidei aliunde non possumus habere. Potest quidem Satan dare fucum, ut sensus allegoricus videatur esse certus. Nam sicut potest in oculis carnis praestigiator, ut videatur adesse, tumultum excitare, sic etiam in oculis spiritualibus potest accendere lucem, qua obfuscantur multi, sed non confirmantur. Haeretici capiuntur falsa luce, sed ea non possunt certifi-
 30 ficari. Christiani vero sentiunt in cordibus, esse verum, sicut unctio docet, et, sic esse, credunt.

'Et sicut docuit vos, manete in eo.' Simplicissime omnia, ut retineat nos in verbo. Sive autem te iubeat 'in Verbo' manere, sive 'in Christo', idem est. Nam, 'si in vobis manserit Verbum, quod audistis ab initio, et 1. Joh. 2, 7
 35 vos in Patre et Filio manebitis'. ibid. Positi sumus in mediis periculis, undique circumvallat nos diabolus, et insidiatur maxime, ubi res serio agitur. Hic opus est constantia, ut maneamus in verbo. Scire, nos esse constitutos in medio regni insidiarum mundi et diaboli, est summa prudentia nostra, sed tota in hoc consistit, ut 'maneamus in verbo'.

40 'Et nunc, filioli, manete in eo, ut, cum apparuerit, habeamus fiduciam, 2, 28

¶ per fidem nos salvari non opera. In adventu Christi non est stare et ferre
 Röm. 11, 32 iudicium, nisi manserimus in isto verbo et gratia. Quia 'conclusus
 totus mundus in peccato, ut omnium misereatur' alioquin confundemur et
 pavebimus in adventu eius, quia non erit fiducia, ubi non est mansio in
 gratia. Omnes ordines sunt ordines operum et infiniti sunt et non gratiae. 5
 Hic contra: nisi manserimus in verbo. Sumus inclinati et ferimur toto im-
 petu naturae in opera: statim ubi mors occurrit, statim ad opera confugit,
 Joh. 6, 28 ut Ioh. 6. 'Quid faciemus?' Quem Satan postea auget: si premit te mors,
 quo ibis? Si vis peccato liberari, hoc est opus x. Domine, peccavi. Sic
 David fecit, ubi audivit 'tu es vir ille', voluit mori David. Hoc videns pro- 10
 pheta annunciat illi gratiam: dominus non irascitur, aufert simul poenam:
 2 Sam. 12, 13 'non morietur'. Nusquam habet David, nisi quod manet in doctrina gratiae. Si
 Natan non fuisset, hic subversus fuisset. Adam et Eva sic quoque erant
 in peccato et morte et in conscientia dei iudicis occidebantur et terrebantur.
 Sed mox sequitur Evangelica promissio, quae erat vox vitae et remissionis 15
 2. Mojs. 3, 15 peccatorum: 'Semen' x. Per illud verbum habent remissionem peccatorum
 sine omnibus operibus. Ut in tempore praesenti tentationis homo consistat
 in verbo, hic labor, hoc opus.

2 (Sed) quia 4 pavebimus *scheint e aus* padeb 8 auget] anget *möglich*
 9 Si *e aus* Ibi 17 homo o

nec misericordiam sunt complexi. Hi confundentur, quia afferunt fiduciam sui operis et
 iusticiae suae, cum Christi iusticia niti et fidere deberent. Tanto autem hic maiore studio et 20
 oratione magis assidua debemus uti, quanto et natura nostra ad operum iusticiam est pronior
 et à diabolo instigatur vehementius. Videmus enim [o] in subitis casibus statim ad opera
 respicere omnes. Contra hanc nostram naturam . . .

p]et et non pudeamus in adventu eius.' Iterum videmus, quod vel aliquo
 terrore vult nos impellere, ut maneamus in doctrina Christi, quia in adventu 25
 Christi non potest sustineri iudicium, nisi maneamus in doctrina Christi.
 Hinc enim 'Fiducia' subnascitur, 'ut consistamus in adventu eius'. Quid est
 ergo, quod ambulemus per vias difficiles, per ordines operum infinitos, cum
 tamen scriptum sit, 'manendum esse in Christo'. Satan quidem hoc im-
 pugnat, et natura eo inclinat, ut pro peccatis satisfaciatur, et Deum reconciliet. 30
 Quid oportet facere, si te perterret periculum mortis, et angit conscientia?
 'Mane in Christo', crede, nihil tuis operibus effici posse, sed sola iustitia
 Joh. 6, 29 Christi. 'Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille.' Io. c. 6.
 Sic David, ubi Nathan eum increpasset, et ille confiteretur, subdidit, 'Trans-
 tulit Dominus peccata tua, non morieris', 2. Sam. c. 12. Nihil facit, nisi 35
 quod 'manet in doctrina gratiae', nihil cogitat suis operibus satisfacere.
 Erat vera doctrina gratiae, 'Transtulit Dominus peccata tua', cui et credidit.
 Sic et Adam, ubi peccavit, nihil fecit, ut restitueretur, sed per illud verbum,
 1. Mojs. 3, 15 'Semen mulieris conteret caput serpentis', vivificatus est. In hoc verbo, sine
 omnibus operibus, credens, salvatus et iustificatus est. Valde repugnat na- 40

23] Hoc est avellere a sinistris ut mala specie peccati. In dextris per speciem macht Satan egregias opiniones, ut saltem avellat a verbo. Ego ignoro nullam viam quam manere in gratia. Sic in omnibus tentationibus fugiendum: Quia apud te propiciatio est, tu habes propiciatorium. Et ^{21. 130, 4} Ro. 3. 'quia non iustificatur ulla caro', Et Act. 15. Magna res manere in ^{Röm. 3, 21} Christo et gratia. Confitentes enim sunt securi, non confundentur in adventu ^{1. 15, 11} eius. Deus non ostenderet peccatum et mortem, nisi glorificari vellet, ut diceretur: gratia mortem devorat. Tentare deum est, inquit, imponere ^{2. 15, 10} fidenter audere et confidenter stare Antithesis. Si studuerit operibus se stabilire, habebit pavorem conscientiae horrentis adventum eius, ideo confundetur. Exhortatio pro principali parte doctrinae, quae est doctrina gratiae, quae personam facit bonam. Iam sequitur altera pars. Nam negligentes arguit, ut proferant fructus, ut possint se agnoscere Christianos. Ibi debuit ^{2, 29} cap. 3. incipere. 'Si scitis, quia iustus.' Variis argumentis agit, ut provocet ad operandum bene. Arbor non est otiosa, Christus cum facit bonam, proinde cogitat tentationem, ut faciat fructum, ut sim Christi, non sint hypocritae, quia verbum dei non est in sermone, alioqui est Christianus verbis. Nos praedicamus quidem vobis, inquit, sanam doctrinam, videte, ne fallatis vos. Hoc scimus i. e. de fructibus cognoscimus, doctrina est sana, videte, ut certi

1 vt bis peti o zu 4 ps. 130 r 5 Act.] Pet. 9 fidenter] fid [was auch
fiducia meinen kann] 15 bona

20 **691, 11 — 692, 9** Est exhortatio ad bene operandum contra hypocritas et alios ociosos Christianos, qui praeter nomen nihil Christiani hominis habent. Quia enim regnum Dei non consistit in sermone, ideo haec doctrina debet efficax esse in iis, qui eam cognoverunt. Aut certum est indicium, quod eam non recte cognoverint, utrumque multa garrire

p] tura, et imponit nobis species egregia iustitiae. Discamus ergo hoc, sive ²⁵ alliciamur specie sanctitatis, sive terreamur morte, sive aspectu peccati, ignoremus omnem viam iustificandi, nisi per Christum. 'Credimus', inquit Petrus, 'per gratiam Domini Iesu Christi salvari, quemadmodum et illi', Act. 15. Hi non confundentur in adventu Christi. Vult enim glorificare suam gratiam, ut sciamus, gratiam suam devorare mortem et infernum. ³⁰ Hoc non posset, nisi nos omnes prius de peccato convinceret. Hoc est ergo, quod dicit, 'manete', ut possitis stare, et non confundamini. Et, qui non manserit in eo, sed studuerit operibus se stabilire, ille non subsistet, ne Carthusianus quidem. Est igitur hic principalis exhortatio ad doctrinam Christianam, quae sola facit arborem bonam.

35 'Si scitis, quoniam iustus est.' Pergit exhortari ad opera, et fructus ^{2, 29} gratiae, et variis argumentis agit, ut provocet ad operandum bene, sic tamen, ut ista opera non sint fiducia nostra. 'Primum' agit Christus, ut sit arbor bona, 'deinde' ut fructificet. Unde haec bonitas? Non ex fructibus, sed ex

scitis. Scitis, inquit, in deo nulla iniquitas sed iusticia et per gratiam eius iustificamini, ergo potestis scire, qui sint Christiani, qui non. In eo non est peccatum, quia liberat nos a peccato omni, ergo scitis et hoc: qui habet doctrinam sanam et natus est ex ipso, quod debet α . Distinguit nativitatem ab auditu. Nasci ex deo est acquirere naturam dei. Ergo non adumbremur specie sed nascamur Christiani, ut simus iam natura boni, qui antea mali. Ergo natus vere ex deo est, qui iusticiam facit, qui servit proximis. Qui non diligit proximos, potest esse Christianus factus auditu aliquo delinatus, sed natus non est. Deus ergo non vult Christianos, qui non faciunt iusticiam, quia vere nati ex eo faciunt iusticiam, das ist 1. weg exhortandi pigros stertentes, ut cogitent se falli, si sciunt deum iusticiam, si α . Oportet filius habeat die art patris.

7 proximus 12/693,2 hinter patris folgt ohne Absatz 2. Videte. Nur am Rande C. III

norint. In Christo, inquit, non est peccatum. Nam hoc eius officium est, ut nos a peccatis liberet. Qui ergo sanam doctrinam habet et est natus ex Deo, necesse est, ut ipse quoque sit sine peccatis et iustus. Nam nasci ex Deo est naturam Dei acquirere, ut Christianus sit non specie quadam adumbratus sed natura ita bonus ut antea natura malus fuit, qui primo Deo promittenti gratuitam remissionem peccatorum ex animo credit, deinde Deo precipienti mutuam dilectionem ex animo obedit et omnia officia caritatis libenter suscipit erga omnes, qui eis opus habent.

radice non ex sanctificatione, sed regeneratione. Nam, 'qui ex ipso natus est, facit iustitiam', h. l. Igitur vult, ut non fiant Christiani falsi, sed vera fide instructi, et sic Deo placeant, et in virtute Dei, bene operentur.

'Scitote, quod omnis, qui facit iustitiam, ex ipso natus est.' Qui gloriatur, se 'scire' et habere veram doctrinam, ille debet hanc fidem et cognitionem ostendere. Argumentatur ab 'effectu'. Natus est ex Deo, qui facit iustitiam, qui ostendit fructibus, qui non amplius peccat in proximum. Et qui non facit proximo iustitiam, non est verus, sed fictus Christianus. Deus non vult Christianos illos, qui non faciunt iustitiam. Deus diligit iustitiam, ergo, qui sunt ex Deo, faciunt iustitiam. Est ergo hoc primum argumentum: Qui gloriatur, se Christianum, et non facit iustitiam, falsus est Christianus. Patri enim filius debet esse similis. Alterum argumentum exhortationis deducit ex hoc: Quod Christianus natus ex Deo, diligitur a Deo, atque hinc est, quod admoneat nos de charitate Patris, capite sequenti.

R]

Cap. III.

2. 'Videte qualem charitatem.' Aliud argumentum, quod deducit ex primo in fine 2. capitis: 'natus est ex ipso'. Ex ipsa nativitate format aliud argumentum. Dixi 'qui facit iusticiam, natus est', inducat vos ergo ad dilectionem. Vide, qui dilexerit nos, ut *1c*. Et ecce Christianus ubi hoc novit, quomodo a deo diligatur, quin diligat fratrem. Caminus, sic dilexit nos Christus, ut Ro. 8. in manus diaboli pater dedit, quomodo cum eo non omnia? Ergo omnia nostra et ad hoc filium dedit, ut ipse esset pater. Qui comprehendit, erumpit et diligit proximum suum. Confide, inquit, vici mortem, de morte redimam eum. 'Super aspidem ambulabis' ps. *91, 13* et 'quid retribuam domino?' Ego expendam pro proximo vitam, corpus, *116, 12* animam et quod habeo. Videte qualem charitatem, ut et vos provocemini ad charitatem. Ignita verba: non dicit donum sed charitatem summum bonum. Quam magnifica grandis salutatio Luc. 1. Sic hic 'qualem', inestimabilem et illam charitatem non vendidit pro operibus, sed gratuito nobis damnatis morte, servis Satanae, inimicis suis, qui pugnamus contra eum blasphemiis praesertim clerici sacerdotes, ut Paulus 1. Timo. 1., quia clerici *1. Tim. 1, 13*

3 in fine 2. c. o 5 qui] q 8 eo non omnia o filio o ipse o zu 12 qualem charitatem r zu 13 über cha^{tem} steht iust grā [= iustificatus gratis] 17 clerici (vor sacerdotes) o 1. Tim. 1 o

693, 2 — 694, 4 Aliud argumentum natum ex superiore nempe ex nativitate, in qua nobis exemplum divinae erga nos benevolentiae proponitur, quod Deus [*rlh*] nobis per filium suum Ihesum Christum, quem in nostram carnem pro nobis redimendis demisit, ius filiorum dedit et, sicut pulcherrime dixit Paulus, cum filio suo omnia dedit, quae, nisi plus quam adamantina corda habeamus, excitare nos debebant, ut proximum pari amore, quo omnes nos Deus complexus est, complecteremur. Usus autem est [*o*] Iohannes singulari verborum pondere: non dicit dedisse nobis Deum donum aliquod sed ipsam charitatem et fontem omnium bonorum cor ipsum idque non pro operibus¹ aut studiis nostris sed gratuito. Et nobis dedisse, hoc est, damnatis morte, servis Satanae et inimicis suis, qui contra eum pugnativimus blasphemiis et omni genere impietatis ac scelerum, sicut Paulus de se dicit 1. ad Tim. 1. et nos omnes, maxime autem qui clerici fuimus in Papatu, fateri cogimur. His, inquit, charitatem

¹) opibus wie die Hdschr. und Bruns hat, ist Schreiberschen. Vgl. R. Z. 15.

Caput III.

p] 30 'Videte, qualem charitatem dedit nobis pater, ut filii Dei nominemur^{3, 1} et simus.' Hic ille caminus et fornax, quod Christus sic dilexerit nos et obedierit Patri, qui dedit nobis Filium, ut per illum redimeret nos. Qui haec mente cogitat, impossibile est, ut non fructifect. Dicit enim cor secum, 'Quid retribuam Domino pro omnibus, quae retribuit mihi?' Ps. 115. *115, 12*
35 Videte ergo, ut et vos provocemini ad charitatem.

'Qualem charitatem.' Maria cogitabat, qualis esset illa salutatio, id est, quam magnifica, Luc. 1. Sic et hic 'qualem' hoc est, quam magnificam charitatem. Fortius et vehementius est, quam si dixisset 'gratiam'. Sed

2] atrocissime opibus nostris persequentes gratiam et misericordiam dei, Illis pugnantibus contra deum dedit charitatem pro poena non deus sed pater, quod nomen est dulcius. Istis vult inflammare omnes Christianos, ut ne sint stertentes et obliviosi sed charitatem ostendant.

‘Nominemur’ das ist auch groß. Non ut simus amici, liberi a morte, 5 peccato, sed filii. Maioribus verbis non potuit eloqui, repete singula verba.

Loquitur de nominatione universali a deo Christo ab omnibus creaturis, quia 12 sic scriptum in scriptura: Narrabo nomen fratribus’. Et Matth. ultimo: 28, 10 ‘die fratribus meis’. Si Christi fratres sumus, certe deus est pater, haeredes dei, cohaeredes Christi. Ideo cum admiratione vocabuli incipit: Videte 11. Ergo etiam ab ipsis angelis Satana nominamur, ideo utitur potius ‘nominamur’ vocabulo. Et vera est nominatio, quia per gratiam sumus nati. Ergo videte, ut faciatis iusticiam.

‘Propter hoc mundus non novit vos.’ ‘Nos’ non est in greco. Magna pugna, quia loquitur de Christianis. Istud argumentum tractat latius, quod 15 ex charitate debemus accendi. Quia nominamur dei filii, habemus charitatem dei. Est tam ardua res, ut ratio non intelligat, mundus non capiat, Nempe quod ego pauper aschenpradel huc venire debeo, ut credam me filium dei.

2 deum <i>e aus</i> eum	3 ne <i>e aus</i> nos	5 vt o	simus zu streichen versucht
zu 8 über Matth. steht Ioh.	9 heredes	zu 9/10 ut esset primogenitus inter multos	
fratres r	14 nos non est o	14/15 Mag bis X—is o	zu 15 über tractat steht freidigt

dedit ⟨pro⟩ loco [rh] poenae. Nec ‘Deum’ appellat, quod nomen horrent pavidae conscienciae, sed ‘patrem’, quo non potuit alio vocabulo magis suavi uti, ut inflammer his quasi ignibus 20 Christianos, ne stertant sed excitentur ad proximum iuvandum et servandum omni genere officiorum.

¶] dedit charitatem ipsius summam nullis meritis vel operibus provocati sed sola charitate, imo nobis inimicis et persecutoribus Dei et Christi.

‘Dedit vobis Pater.’ Dicit Deum ‘Patrem’. Vult istis verbis inflammare 25 Christianos, ut sciant, quod Deum habeant placatum eumque Patrem.

‘Ut filii Dei nominemur.’ Non satis est dicere, quod simus amici, sed quod filii Dei nominemur. Non potuit vehementius ista ‘charitas’ exprimi.

¶] 22, 23 Nominamur autem ab ipso Deo Filii et Fratres. Narrabo nomen tuum 28, 10 fratribus tuis, psal. 22. Item: nunciate fratribus meis, Matth. 28. Si autem 30

¶] 8, 17 filii, et haeredes et cohaeredes Christi, Ro. 8. Non sufficit nos filios Dei fieri, sed et nomine hoc inclarescere debemus in conspectu Dei et angelorum. Sed unde sic denominamur? Propter Dei charitatem.

‘Propter hoc mundus non novit nos, quia non novit eum.’ Illud argumentum tractat et urget latius, quia ex charitate debemus accendi. Propter 35 hoc enim, quod habemus charitatem Dei, etiam filii Dei nominamur. Mundus non potest intelligere, quod homo assuetus peccatis et in eis natus tamen a Deo in gratiam sit receptus, ut et filius Dei sit et nominetur. Caro hoc

- 3] Et tamen oportet credamus. Osculamini, inquit, filium: oportet illum colamus. Omnia praecepta rediguntur in hoc praeceptum. Constitui regem filium meum, ps. 2. quia illi traditur totus orbis terrarum in obsequium, ut totus psalmus dicit. Praeceptum non est in arbitrio sed du mußt mein
 5 brüder sein et dei filius. Nolite timere &c. Vult ergo, ut praedicemus eius inestimabilem misericordiam. Obstacle aufert hoc, tamen nemo capit. Non oportet spectetis, quid indicet mundus, ratio, alioqui multitudo averteret, Papa, sapientes viri Scholae blasphemant nostram doctrinam. Nos loquimur
 1. Cor. 2, 9
 sapientiam in abscondito, Eligit stulta &c. Mundus certe alioqui ferret nos 1. Cor. 1, 27
 10 in manibus, sed econtra facit, ergo contra hoc scandalum ita loquitur Iohannes, cum diversum faciat mundus, blasphemet nos. Sine, ut mundus putet nos diaboli filios, mane in cognitione et fido verbis illis divinis et charitati. Mundus indicat sapientes iustos filios dei. Simus absconditi ab illo, quia sumus ex charitate dei filii ipsius.
- 15 'Non novit.' Num sancti, docti, potentes non agnoscerent deum? Et Schwermeri, qui multa scribunt et Papistae legunt hanc Epistolam Iohannis. Noverunt deum, sed quod dederit nobis indignis hanc charitatem &c., ignorant. Loquuntur verba sed non intelligunt, natura non capit. Si comprehenderet hoc, quod Christi fratres essent, desererent sua studia et gloriarentur et

7 Non c aus nos 17 ignorant o

- 20 695, 15 — 696, 11 Num sancti religiosi et sapientes illi non norunt esse Deum? Num qui hodie nova dogmata spargunt, num Papa cum suis non norunt Deum? Nomen norunt. Sed illam veram noticiam Dei non habent, quod Deus indignis nobis charitatem suam dederit et nos filii sui meritis et operibus ex sola misericordia salvos fecerit. Si enim hanc noticiam haberent et crederent se Christi fratres esse, desererent studia sua, quibus mereri iusticiam
 25 volunt, et in Christo gloriarentur potius ac, quae nunc mordicus retinent persequendo et

- p] non apprehendit, mundus non accipit, verum Scriptura dicit: Osculamini 2. 12
 filium, psal. 2. Et ipse filius Dei nos vocat: Ad me omnes venite, Matth. 11. Matth. 11, 28
 Nisi hoc verbum haberemus, non posset natura hoc propter pusillanimitatem apprehendere. Dicit ergo Ioannes: Non oportet considerare, quid indicet
 30 mundus, quid multitudo, quid caro, quid monachi. Nos loquimur sapientiam in mysterio absconditam, quam abscondidit Pater sapientibus et prudentibus, Matth. 11. Est ergo hoc unum scandalum contra hoc argumentum: Sollten
 so viel Heilige gelehrte Leute das nicht gewußt haben? Sie aint, sed noli scandalizari. Mundus te non novit, tu nosti illum, quod non sit huius pa-
 35 ternae charitatis capax. Proinde mundus non novit neque Universitas neque Svvermeri, licet toties dicant: Credo in Deum. Hoc non novit mundus, quod Pater talis sit, licet dicat se nosse Deum. Natura enim non capit, nisi unctio nos doceat. Si hoc crederent, quod Deus nobis dedisset charitatem, ut per illam efficeremur filii Dei, sie würden sich anders anstellen.

- 3] Reg. 15, 10 gauderent in Christo: Iam video meam vitam esse iugum, quod Act. 15.
 Et sic nobiscum damnarent omnia *et*. sed mordicus tenent et cum insania
 defendunt suos ordines, quia non noverunt patrem, qui dicit: in gratia filii
 Rom. 11, 32 mei salvabo et omnia conclusi sub peccato, ut omnium miserebor. Si omnia,
 Joh. 1, 13 ergo et missa, cappa et quaelibet opera *et*. Es heißt 'nec ex voluntate carnis' *et*. 5
 Quicquid non est misericordia et patris charitas, est *fröh* peccatum. Scire
 vere, quid velit dominus, requirat a nobis. Fingunt: qui sedeat in celis et
 numeret opera et signet, qui facit bona opera. Et: noscere deum est servare
 regulas monachorum. Si vis liberari a peccatis, per hunc filium et gratiam
 ostensam per me, potestis. Qui non novit patrem, nec filium novit. Cog- 10
 nitio dei non stat sine filii: Relativa sunt. Non admittunt, quod sine operi-
 bus simus filii dei, imo damnant ut diaboli filios, quod invertamus omnia.
 Joh. 9, 24 Sicut Christo contigit: 'Nos scimus, quod hic homo peccator est'. 'Si
 Matth. 10, 25 patremfamilias vocaverunt.' Si sumus Christi fratres, so heißt mundus non
 novit vos, quia non credit deum sic sapere, sed fingunt sibi deum. Adhuc 15
 3, 2 in isto argumento 'nondum apparuit quod erimus'. Contra pusillanimitatem
 loquitur. Argumentatur: diligit vos dominus, ergo diligite. Et Christianus

5 quaelibet] q 11 dei] filii zu 13 Joh. 9. Mat. 10. r

occidendo ecclesiam Dei, ea damnarent nobiscum. Sed defendunt adhuc ista omnia pertina-
 cissime, quia non noverunt patrem, qui dicit: in gracia filii mei salvi eritis, quique omnia
 conclusit sub peccato, ut omnium misereretur. Quodsi omnia sunt sub peccato conclusa, 20
 ergo nec missa nec ordo vitae singularis nec ullum aliud opus ex peccatoribus iustos facit.
 Quia hoc (unius) solius *[rh]* misericordiae divinae est opus. Sicut aperte dicit Iohannes,
 quod non ex voluntate carnis, non ex voluntate viri sed ex Deo nati sint. Quicquid igitur
 non est misericordia et charitas patris, hoc revera peccatum est. Hoc autem quia nesciunt,
 recte dicuntur non nosse Deum. Ipsi enim eum tantum Deum norunt, qui in coelis sedet 25
 et numeret opera ipsorum eaque prescribat et tanquam (quidam) unus *[o]* mercator precium
 debitum pro acceptis operibus rependat. Atqui hic non Deus sed idolum tui cordis est
 natum ex ignorantia veri Dei. Illic palam est non nosse eos Deum. Sed cum Deum non
 norunt, neque filium norunt.

- p] Desererent sua studia et damnarent, quicquid est illarum blasphemiarum in 30
 Christum. Iam vero mordicus sua studia defendunt et nos haec docentes
 persequuntur. Dicit vero Pater: Ego filium dedi, ut per illum salvaremini.
 Rom. 11, 32 [io.] Conclusi omnia in peccatum et incredulitatem, ut omnium miserear, Ro. 13.
 Gal. 3, 22 et Gal. 3. Quicquid igitur non ex fide est, hoc peccatum est. Hoc est ergo
 nosse Deum: scire, quid a nobis requirat, quid nobis faciat. Illi vero Deum 35
 alium sibi imaginantur. Videte, quicquid est, omnia concludo sub peccato,
 sola mea gratia est, quae regnat super vos. Si vultis ergo liberari a pec-
 cato, cognoscite filium. Ergo nosse, quod ita Pater per filium misereatur et
 omnes salvet, quotquot salvantur, vera sapientia Christianorum est.
 3, 2 'Charissimi, nunc filii Dei sumus et nondum apparuit, quid erimus.' 40
 Iterum contra pusillanimitatem parat tale argumentum: Deus te diligit.

3] oportet diligat, facit ergo insidere hoc argumentum *fer dich nicht dran*, quod homines diversum sentiunt. Est, inquit, aliud scandalum. Audis dei filium et Christi fratrem esse, qui es peccator a iuventute tua et blasphemus. Incomprehensibilis res, quam dicis, mi Iohannes. Non offendiculo sit tibi.
 5 Habet tua conscientia scandalum a mundo, 2. a tua ratione. Utenique impeteris, tamen scriptura non mentitur. Et Christus non frustra dixit: Enc. 12, 32 'Nolite timere pusille &c. Iohannes 'In domo', 'Non turbetur' *ich hab rammes* Joh. 14, 1 genug. Si ceperimus illam charitatem, certe diligemus fratres. Nam si sentimus: oportet diligam invicem, acquirō cor dulcissimum fluens *bach* pro invicem. Sic fortiter urget istum locum 'sumus', quia nominamur sic in scripturis sanctis. 'Quod erimus', sumus iam, sed quod sumus et manebimus, nondum apparuit. Non possum tibi digito monstrare, absconditum est, nondum apparet. Ego debeo filius dei et frater Christi esse, *das ist zugeteilt* ab omnibus scandalis contrariis, mea propria vita, quod sum infirmus propter
 10 peccata mea, quod debeo mori, quod sunt ceu inferum mare, damnari me a toto mundo. Diabolus, mors, mundus sunt omnia opercula et per ista ego debeo erumpere et credere me filium dei. Omnia contraria apparent, qui consistimus per solum verbum. Deus dedit hanc charitatem et sumus filii? Qui sunt in peccatis, labuntur, errant, occiduntur, et essent filii dei? Qua
 15 via comprehendam? In verbo haere. Christus nihil habuit Matth. 8. Apo- Matth. 8, 20

14 ab e aus sunt

zu 16 über ista steht omnia

18 et sumus filii o

697, 16 — 698, 11 Opercula autem, quibus haec gloria est abscondita, ut cerni non possit, sunt primum vestra conscientia et infirmitas carnis vestrae, deinde mundi de nobis iudicium, qui nos ut diaboli filios damnat, item diabolus, gravis et iniustus hostis, nisi gracia nos servet, item crux et postremo [erux et postremo *rh*] mors. Per hęc monstra, quibus tecta
 25 est gloria vestra, perrumpendum est et statuendum nos esse filios Dei, eciam si omnia diversa appareant. Sed nemo hoc poterit, nisi omni specie abiecta in nudum verbum se reiiciat et

p] Urget maxime Ioannes argumentum hoc et cupit, ut nostris cordibus imprimatur. Item, scandalum debes esse et dici filius Dei, cum tamen videas te esse in carne et sanguine habens non solum scandalum in mundo sed
 30 etiam ex te ipso, qui nondum sentis et vides te filium Dei, cum in carne et sanguine sis et sentias carnem. Nihil tamen te hoc moveat. 'Nondum apparuit, quid futuri simus.' Ioannes nobis sistit Dei Filium absconditum, qui aliquando se sub umbris revelavit sed nondum satis apparuit. Nec posset se Deus magis abscondere, quam facit. Scilicet obstat propria caro
 35 et sanguis, quo minus in specie et visione ambulemus. Non Deus se nobis subtrahit sed mundus, caro et diabolus labefactant, quo minus Deum videamus. Mundus *ist eyn Decfel*, Caro *der andere*, Diabolus *der dritte*. Per omnia ista opercula debeo perrumpere fide, quae ex verbo capitur. Non igitur per visionem sed Dei fidem sumus filii Dei. Fides autem in verbo

N] stoli ne vestigium pedis et mundus vult palpare deum &c. Daß heißt 'non-
dum apparet'. Iam ipse addit 'sumus', quia scriptura non mentitur. Ex
isto loco conclude, quid debeat facere filius. Efficimur filii per gratiam facti
filii, multo minus faciunt opera, ut fiant filii. Num filius debet cogitare de
patre benigno: Ego habeo patrem durissimum, ego placebo eum? Filius 5
dicit: gaudeo et exulto corde, quod deum propiciam. Iam filiali libertate
faciam, quae patri placent, et libentissime. Opera ergo Christianorum non
possunt mereri, filiatio fit certior et fortior. Sic pugnant ex diametro esse
Rom. 8, 32 filium dei et acquirere gratiam per opera. Si filius est, habet omnia, Ro. 8.,
quid ergo operaretur? Vocatio fiat vestra certa, non, inquit, fit per opera. 10
Ut magis roborer in cognitione Christi.

'Sed scimus, cum apparuerit' in extremo die, erimus similes, non idem
quod deus, sed similes ei, qui est vita, iusticia i. e. omnia, participabimus
omnium, quae in deo sunt, experientia, sicut est, non erit operculum magis,
apparebit nos esse sanctos. Iam tradimur morti, videmus omnia contraria, 15
nihil in nobis praeter scandala mundi et nostra, carnis, diaboli. Tunc non
3, 3 erit persecutio, scandalum, pusillanimitas. Applicat iam hunc locum: 'Qui
habet hanc', qui credit haec certe, charitas accendit eum, ut fructificet se-

1 dß heißt o 4 opera o 9 Ro. 8. o zu 12 Similes ei erimus r 14 om-
nium] omni

in [o] illud unum intueatur clausis ad omnia alia oculis. Quia scriptum est: non apparet.
Mundus autem tantum apparencia sequi et [o] credere vult. 20

Notabis autem, quod hortatur ad (dilectionem) bona opera illos, qui iam sunt filii, ut
significet nos per meram gratiam filios fieri et filios iam factos bona opera gignere, non
fieri per opera filios, sicut impie docet et credit papatus. Opera enim faciunt nobis filiatio-
nem cerciorem, quoad nos, non tribuunt filiationem.

P] multa nobis promittit, quales futuri simus, sed quoad in mundo sumus, 25
carnis illecebris trahimur, a Diabolo seducimur nec apparet, quae vera ho-
minis beatitudo futura sit. Oculus non vidit, auris non audivit nec in cor

1. Cor. 2, 9 hominis venit, quae Deus praeparavit diligentibus se, 1. Cor. 2.

'Scimus autem, quoniam, cum apparuerit, similes ei erimus.' Similes
erimus, non iidem, ut Pythagoras censebat. Nam Deus est infinitus, nos 30
creaturae finitae. Nunquam autem creatura evadet creator. Attamen similes
ei erimus. Deus est vita, igitur et nos vivemus. Deus est iustus, ergo et
nos replebimur iustitia. Deus est immortalis et beatus, ergo et nos beatitu-
dine aeterna fruemur, non qualis in Deo est, sed quae nobis competit.

'Videbimus eum, sicuti est.' Ubi non amplius erit operculum, Deum 35
intuebimur, sicuti est. Tradimur quidem morti, videmus omnia contraria in
mundo, sed certo futurum est, ut Deum videamus et Christum. Unde id
docet Ioannes? Quia filii iam sumus. Non poterit autem filius a facie

1. Cor. 13, 12 patris excludi, sed videbit ipsum a facie ad faciem, 1. Cor. 13.

3) eundem illam charitatem. Quia diligit nos pater, ergo diligamus nos, si econtra.

24. Septemb: 'Et omnis, qui habet hanc spem in eo.' Vides ex verbis ipsis, 3, 3 contra quos loquatur: contra hypocritas Christianorum, qui putant satis, si dicunt se credere, pergunt in peccatis, manent in sordibus. Vox est vox Jacob, manus manus Esau. Et hoc est regnum dei esse in sermone. 'Spem' 1. Cor. 2, 1 i. e. qui credit se filium dei et expectat revelandam hanc fidem. Ubi the- 2. Cor. 6, 21 saurus x. Si synceriter hoc expectat, non potest fieri, quin se sanctificet. Contra eos spectat, qui se non sanctificant sed involvunt se carni, Ro. XIII. Röm. 13, 13 Zelus, amaritudo, immunditia, Cor. Et tales volunt maxime videri Christiani. 2. Cor. 12, 20 'Castificat' sanctificat, bene est sanctificare, ut etiam amicu- passionis castificentur i. e. qui habet hanc spem, mortificat carnem suam, Ro. 8. Röm. 8, 13 'Si spiritu' i. e. non est Christi: nomen habetis, quod vivatis sed mortui. Ergo qui iam receperunt doctrinam, serio ostendant hoc per mortificationem: 15 'discedat ab iniquitate' 2. Timo. 2. Item: 'Crucifixerunt' Gal. 5. Deus odit 2. Tim. 2, 19 Gal. 5, 21 vicia passionis amicu- qui ergo vult filius eius x.

'Iniquitas' iste locus est obscurus. Indiget interpretatione: nam Io- 3, 1 hannes non distinguit, divinare est periculosum. Ego sic interim distinguo: Quod peccatum sit dictum simpliciter de omnibus vitiis, ut supra c. 1. 1. Joh. 1, 8

6 Jacob o zu 9 über Ro. XIII. steht in fine zu 12 über spū steht facta carnis 16 x. fehlt

20 699, 17 — 700, 12 Hic locus est satis obscurus et indiget interpretatione. Iohannes enim [o] non distinguit inter hæc duo et divinare est periculosum. Nos tamen sic putamus recte hæc distingui posse, ut peccatum simpliciter intelligatur de omnibus vitiis, iniquitas autem sit,

p) 'Et omnis, qui habet hanc spem in eo, sanctificabit se.' Non blanditur 3, 3 Ioannes, sed agit continuo, ut fructificem vel per charitatem, quia diligit nos 25 Pater, ergo diligamus nos fratres, vel per spem, quia spero Deum videre. Ergo oportet me mundari, ne reiciar ab oculis eius, cum sine sanctorum nemo videre possit Deum, Hebr. 12. Non igitur tolerat hypocritas Christianos, qui putant esse satis credere se esse Christianos, manent in peccatis et sordibus nec immutantur. Si sinceriter crederent se esse filios Dei, non polluerentur sed sanctificarent se. Sic hortatur Paulus 1. Cor. 12. 'Ne forte inveniam vos, non quales volo.' Est vero vis in verbo 'sanctificat se'. Vox enim Graeca ἀγριζει εαυτόν est: castificat sese. Quanquam satis bene ver- titur 'sanctificat', quia qui habet hanc spem, mortificat carnem suam. Si spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis, Rom. 8. Contra illos agendum 2. Cor. 8, 13 est exhortationibus, qui acceperunt hanc doctrinam, ut digne ambulent ista vocatione.

'Omnis, qui facit peccatum, et iniquitatem facit et peccatum est ini- 3, 4 quitas.' Locus difficilis. Nam argute Ioannes distinguit inter peccatum

23] Iniquitas sit ipsum peccatum, quando eo procedit, ut offendatur proximus, potest esse peccatum, quod non fiat iniquitas, supra: omnes sumus peccatores et quandoque labimur, sed verus Christianus si etiam aliquando labatur, tamen redit et odit hunc lapsum et invocat suum propiciatorem. Sic quod semper inveniatur in odio et pugna peccati propter hanc, agitur sicut in proelio: non est turpe cadere in bello sed cedere adversario, imo gloriosum, quando vulnus habet. Sic peccato vulneratus est Christianus sed non cedit, stat 2c. Sed alii sunt etiam, qui faciunt peccatum i. e. qui sponte cedunt peccato, relinquunt habenas, sinunt peccatum dominari, putant ideo Christianos, quod baptizati. Hoc hic vocat facere peccatum. Paulus Ro. 7, 19 hoc quod nolo, facio? sequitur concupiscentias peccati, facit quod peccatum vult, de hoc hic. Sequi impetum peccati. Non ibi resurrectio, reditio ad cor, Sed incedere in libidine, odio, in impatientia das heißt facere peccatum, ut peccatum fiat et impleatur suis peccatis. Illi non intelligunt Christianismum

6/7 imo bis habet hinter bello *gewiesen* über gloriosum, quando vulnus *steht* et tamen resistit hosti et fugat 10 Ro. 7. r

<tum denu> cum [o] peccatum eo procedit, ut offendatur proximus. Potest igitur esse peccatum, quod tamen non sit iniquitas. Porro clarum est Iohannem varie uti appellatione peccati. Nam peccatum hic non est ei idem, quod supra in primo capite significavit, ubi dicit: qui dicit se non habere peccatum, mendax est. Sunt autem haec loca sic concilianda: Supra dixit omnes esse peccatores. Sed est quoddam discrimen peccatorum faciendum. Christiani enim etsi nonnunquam [rh] labuntur in peccata, tamen redeunt in viam et oderunt lapsum suum ac ad propiciatorium suum Christum confugiunt. Et sic semper inveniuntur in odio et pugna peccati. Fit igitur, ut hic quod revera sit peccatum, eis non imputetur propter propiciatorem, quem fide apprehendunt. Vita enim Christiana est ceu perpetua milicia. Assidue enim accincto in acie stare oportet.

24] (ἀμαρτίαν) et iniquitatem (ἀνομίαν) et rursus tamen permutat. Erat foedum hominum genus inter Paganos et haereticos, quod scortari, furari, aliaque peccata committere non reputabat peccatum nec contra legem Dei esse. Hos perstringit Ioannes et ostendit huiusmodi peccatum esse contra legem Dei. Alias 'Peccatum' est simpliciter et generaliter dictum de omnibus vitiis, 'Iniquitas' autem illud peccatum, quod eo procedit, ut scandalizetur proximus. Omnes sumus peccatores et labimur aliquando in peccatum, sed verus Christianus si labitur, mox redit et revertitur et pugnat contra peccatum, ne in scandalum proximi erumpat. Difficile quidem est non accipere vulnus in bello, sed tamen surgere gloriosum, cedere autem dedecus. Sic Christianus etiamsi circumdatus sit peccato, tamen pugnat cum peccato. Sunt Christiani, qui ideo se Christianos putant, quia sunt baptizati, solvunt habenas, non sunt solliciti de vincendis peccatis sed sequuntur concupiscentias. Facere peccatum est sequi impetum et affectum peccati. Dant multi habenas, nolunt poenitere neque resurgere, hodie adulterium committunt, eras se volunt

3] et tales faciunt etiam iniquitatem i. e. proximum offendunt. Si non offendit tamen opere aliquo, certe neglectu, quod non miseretur, non astat ei, non curat de eius inopia, quod est submersus in cupiditate sui, est avarus, quaerit sua. Aliud non habeo, quod hic dico: fundamentum meum. Altera pars Christianismi est charitas, quae non sua quaerit, ergo qui est sine charitate, sua
 5 quaerit i. e. Est sequi suum peccatum et deserere proximum. Hoc est iam 3, 5 magnum contra legem, eius est legis plena relictio. Illa iniquitas venit ex peccato. Sic talis Christianus est peccator et iniquus. Qui se non mortificare studet et pugnat secum quotidie, ut frenet carnem, ille facit peccatum, cedit
 10 peccato, non est sollicitus, quomodo resistat, ille non fallat se. Tales Christus non vult, non vult sic pollui. Torquatus et Tyberius iactabant se pro Christianis. Videbis eum non Christianum, sanctum hoc nomen sordes has. Christianus non incedit, ut provocet libidines. Qui seipsum non primum mortificat, ille non curat alios quaerere quae sua sunt, et aliorum quaerere sequitur. Si mihi mortuus, ut non curem voluptates, tum aptus curare,
 15 quae sunt aliorum, tum magis sollicitus sum, ut alius etc. 'Peccatum' i. e. qui se non castificat et non habet spem i. e. non diligit sed peccat contra legem, peccatum, scilicet quando fit.

'Scitis ut peccata.' Nolite ergo vos gloriari Christianos esse fallentes 3, 5
 20 vos ipsos. Ille Christus apparuit in carne, ut nobis monstraret exemplum. Ad quid? 'ut tolleretur', quasi gauderet peccatis, steht ex¹ euāg. Christus mortuus est effudit sanguinem, ut mundaret suam ecclesiam, Ephe. 5. Vos vultis esse Eph. 5, 26

4 fū.tū meū o 6 iam] oder tam? 7 magnum] oder iniquum? contra] oder quam?
 legem c aus regem eius plena [oder plane?] relictio [relectio, relictio?] steht über (quae) est
 legē 11 nō v sic pollui unter der Zeile Tyb: iactabat 21 über gauderet steht X9

1) ex toulouse Form des Pron. ix dem Sprechenden genau nachgeschrieben? oder Schreibfehler?

p] castificare. Impossibile est illos non offendere proximos. Quod si non positive, certe negative, dum non tribuitur proximo suum. Nam altera pars
 25 Christianismi est Charitas. Charitas vero non quaerit, quae sua sunt. Quaerere quae sua sunt, non est diligere proximum sed sequi suos affectus. Ergo non habere charitatem est facere iniquitatem. Qui sese non castificat, qui non pugnat quotidie secum, cedit peccato et facit iniquitatem. Qui non ostendit fructum in sua carne, non ostendit etiam fructum in suum proximum.
 30 Si non sum mihi mortuus, ut non dimittam curam voluptatis, quomodo possum quaerere, quae sunt aliorum. Qui ergo facit iniquitatem, non habet charitatem.

'Et scitis, quod ille apparuit, ut peccata nostra tolleretur.' Ubi scriptura 3, 5
 de Messiae adventu loquitur, non facile tacet de merito eius, quod est tollere
 35 peccata, psal. 40., Ier. 23. Ioh. 10., 1. Tim. 1. Primo in meritum eius intueri 3er. 23, 6
 oportet, deinde in exemplum. Nolite ergo gloriari vos esse Christianos fallentes vosmetipsos. Ille apparuit in carne, ut tolleretur peccata, non ut

23] Christiani et spargitis et seminatis peccatum, quod ipse tollit, daß ist mir ein fein Christianitas, quia essetis contrarii. Tertium argumentum exhortationis: Quicumque facit peccatum, pugnat contra Christum. Si contra suum peccatum non vult pugnare, contra Christum 2c. Hoc ergo argumentum moneat vos. (Mundat ille et vos polluitis, daß ist nomen meum blasphemare) 5

Röm. 2, 24 Ro. 2. Dicimur Christiani et nihil minus sumus, sed tantum nostra quacrimus. Querela est auditores verbi dei fieri tepidiores: prius coacti, iam quia sponte docentur 2c. daß heißt peccatum facere. Ista peccata tulit Christus et nos ea seminamus. Magnum argumentum exhortandi tepidos: Qui 10
 Luc. 11, 23 non est mecum. Tolletis peccata, si castificetis vos et iusticiam cum proximo facietis.

‘Peccatum in eo.’ Quaesivit tantum quae nostra sunt. Vidit nos in morte peccati, descendit, ut auferret. Sic et vos, et non facietis, nisi castificetis vos. Ergo non habetis occasionem peccandi sed econtra. ‘In eo manet.’

Tit. 1, 16 Vos dicitis eum nosse, ‘factis negant’, Tit., ignorantiam quidem dei habent, 15
 1. Cor. 15, 34 Cor., solum lingua norunt, oportet adsit natura substantia factum, quia pugnant illa duo: ‘Manere in Christo’ et ‘peccare’. Ratio: ubi est Christus, tollit peccatum, ergo manet in eo negotio, quod est ‘Tollit peccatum’, ergo
 Gal. 5, 24 Christianus mortificat carnem, ut Gal. 5. Non sinit peccatum regnare sed detestatur, morsus dentium spiritualium statim adest. Videamus, ut simus 20

5 moneat] oder moveat? mundat bis blasp r 14 occasionem] peccatum (nicht gestrichen) darüber oc: über eo steht Christus 15 Tit. o 16 Cor. o zu 17 über peccare steht seminare peccata 19 vt Gal. 5. o

p]licentiam peccandi daret. Christus sanguine suo voluit sibi exhibere ‘Ecclesiam sanctam’, non pollutam.

Novum est argumentum exhortationis, quod omnis, qui facit peccatum, pugnet contra Christum. Sitis ergo certi vos esse contrarios Christo. ‘Nomen meum blasphematur inter gentes propter vos, quia nulla sollicitudo sanctitatis 25
 Sei. 52, 5 inter vos est’, Esa. 52., Rom. 2. Sic et hodie, qui audiunt Euangelium, fiunt nequiores, iniustiores, avariores. Nemo est, qui consideret, quid sit peccata Christum sustulisse. Ideo enim sustulit, ‘ut sanctificaret sibi ipsi populum
 Tit. 2, 14 peculiarem, sectatorem bonorum operum’, Tit. 2. Est magnum et vehemens argumentum exhortandi Christianos. 30

‘Et peccatum in eo non est.’ Peccatum est in nobis, in ipso prorsus nullum peccatum. Non enim quaesivit ea, quae sua sunt, sed omnia nobis fecit. Et debebat omni carere peccato, qui venit, ut tolleret peccatum.

3, 6 ‘Omnis, qui in eo manet, non peccat.’ Omnia contra hypocritas. Dicunt se Deum nosse, factis autem negant. Ignorantiam enim, quod ad pudorem 35
 1. Cor. 15, 34 ipsis loquor, Dei habent, 1. Cor. 15. Qui est in eo i. e. in Christo, non peccat, quia Christo praesente subigitur peccatum. Qui enim sunt Christi,
 Gal. 5, 24 illi crucifigunt carnem cum concupiscentiis suis, Gal. 5. Quamvis etiam

3] in numero, qui tollamus peccata et serviamus proximis nostris. Praedicare sincero animo est servire proximo, opes non sunt tantae, sed divitiae verbi debent dari proximo. Periculum est docere verbum dei, nisi fiat pure, tum nihil prodest. Deus sic fecit, ut nullus sit status, qui sibi soli serviat.

5 Maritus est constitutus, ut in sudore, uxor ut praesit familiae. Si vult 1. Roic 3, 19 tyrannizare, negligit uxorem &c. Magistratus, ut conservet pacem, puniat sotentem, regere rempublicam: si incedit in statu charitatis, bene, si quaerit suam gloriam, facit peccatum et iniquitatem. Maledicta vita, quae sibi ipsi servit, immo diaboli.

10 'Omnis qui peccat' i. e. qui indulgent peccato. Filioli nemo vos, sic 3, 6 Paulus, inanibus verbis. Sicut qui libertatem praedicant aut quando audiunt Eph. 5, 6 libertatem spiritus et faciunt carnis ut hodie, quasi liberati simus ab operibus bonis, Eph. 2., ut simus absque invidia, amaritudine, postea considerare Eph. 2, 10 mus, quid desit proximo. Video, quod multi sunt inter vos, qui seducuntur 15 blandis verbis, 'propter hos', inquit Paulus, 'venit ira super filios'. Eph. 5, 6

'Qui facit iusticiam.' Ibi vides, quid peccare ἥτις. Nemo fallat sese 3, 7 neque alios. Si vides aliquem laborare invidia, adulterare, non dicas Christianum, si vero facile ignoscit erranti proximo, necessarium fructum, de

5 familiae o

P] peccent, tamen non sinunt regnare peccatum in carne sua, ut obediant illi 20 per cupiditates eius, Rom. 4.

Röm. 4, 21

'Omnis qui peccat, non vidit eum nec cognovit eum.' Videre et cognoscere Ioannis stylo est credere. Omnis qui videt filium et credit in eum, 3. Joh. 6, 40 [?] habet vitam aeternam, Ioh. 5. Haec est vita aeterna, ut cognoscant te solum Deum verum, Ioh. 17. Ergo qui peccat, non credit in eum. Fides enim et 25 peccatum invicem non consistunt. Labi possumus quidem, sed non indulgendum peccato. Regnum Christi est regnum iustitiae, non peccati.

'Fili, nemo vos seducat', sicut illi, qui libertatem spiritus faciunt 3, 7 libertatem carnis. Videmus nos hodie liberatos ab exactionibus et servitute et tamen nihil boni operamur. Unusquisque ergo sic vivat, ut serviat aliis.

30 Docere alios sincero animo est inservire proximo. Quicquid habemus, in proximi usum esse debet. Cor expositum et paratum ad proximorum salutem Deus sic constituit, ut nullus prorsus sit status, qui sibi serviat. Uxor in hoc constituta, ut serviat marito, maritus, ut serviat uxori. Sic magistratus, ut regat rempublicam, puniat sotes, defendat innocentes. Qui autem 35 gloriam quaerit, non est in charitate. Vita, quae servit alteri, illa demum est vita hominis.

'Qui exercet iustitiam, iustus est, sicut et ille iustus est.' Nolite 3, 7 declarare aliquem Christianum, nisi videritis talem declarari operibus. Ubi videritis iram, invidiam, avaritiam, superbiam &c., non dixeritis hunc iustum,

23] illo dicite 'qui facit iusticiam', sed non per suum opus sed fidem. Inspice
 contextum: vult enim declaratam iusticiam fidei per opus. Vos potestis
 dicere: Ille est iustus, quia mortificat se et est utilis proximo, oportet fructus
 fidei sequi spiritum sanctum, non est otiosus sed actuosus. Est in quem
 credimus, speramus. I. e. diabolus manet in eo: Facere peccatum est cedere
 peccato et non contra pugnare, quia peccatum est opus diaboli, qui nunquam
 cessavit peccatum facere. Quomodo peccat diabolus? eo modo ut ab initio ꝛ.
 i. e. nunquam aliud cogitat, sed semper studet peccare. Labi est Christiano-
 rum, Gal. 6. potest accipere vulnus, trepidare potest in fide. Sed quando fit,
 mox sentit et mordet se peccatum, redit ad se, non est insensatus ut diabolus,
 sed semper cogitat peccatum. Si Iohannes tales habuit auditores, nos non
 meliores habebimus. Ergo primitiva ecclesia non fuit tam sancta, ut putamus:
 fuerunt in ea hypocritae et falsi Christiani. Ergo nunquam potest cessare
 nostrum officium, semper docendum, praedicandum, exhortandum. Non Chri-
 sto, quia si etiam sinat nos labi: 'Et castigatio mea in matutinis' et priora,
 statim adest, ut mordeat ꝛ. adest, ut mortificet veterem hominem. Diabolus
 contra facit. Christianus semper observat suam carnem, quoniam videt car-
 nem nihil velle pati, du mußt herhalten, contra peccat ab initio Satan i. e.
 non mordet, poenitet.
 3, 8 'Opera diaboli.' Christus et diabolus sunt contrarii, qui est ex diabolo,
 non ꝛ. Dissolvunt sese mutuo: Christus dissolvit opera diaboli, eontra

zu 5 über credere steht raum geben

p] quia non exercet iustitiam. Ubi vero videritis fructus iustitiae, per iustitiam
 fidei declarabitis illum iustum, quia exierit¹ iustitiam et imitatur iustum.
 3, 8 'Qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat.'
 Declarat Ioannes, de quo peccato hic dixerit. Diabolus peccat eo modo,
 sicut ab initio peccat, non irascitur sibi, non poenitet, imo studet, ut peccet.
 Ita peccant hypocritae et Epicurei. Non ita homines poenitentes. Labi
 potest Christianus, sed mox sentit hoc venenum et dolet. Si ergo ita fuit
 in Ecclesia tempore Apostolorum, et nos ita habebimus. Erant illic, qui se
 fallerent nomine Christiani. Habebant ergo verbi Dei praecones semper,
 quod agerent, quod exhortarentur. Christus quidem sinit labi suos, sed cito
 adest et surgere facit a peccato, ut constat de Petro, quem respexit Dominus,
 de Adam, de David ꝛ. Supponebat manum suam, ut poenitentiam agerent
 et resurgerent a peccato. Sic David: Fui flagellatus tota die et castigatio
 mea in matutinis, psal. 72. Wolte ich es vergessen, war Christus bald da
 mit der rufte und sagte: hastu das gethan?

3, 8 'In hoc apparuit filius Dei, ut dissolvat opera Diaboli.' Habes primam
 Evangelii concionem hic impletam. Semen mulieris nasci debebat, ut dissol-

¹) exierit kann = exserit 'macht offenbar, zeigt' sein, wahrscheinlicher ist exercet zu lesen.

3] quod Christus struit, diabolus destruit. Christus edificat in nobis fructus
fidei, huius sunt opera Christi. Ista dissolvit Satan et statuit in locum
opera Carnis. Ergo facile agnoscitur Christianus: 'opera carnis manifesta'. ^{Gal. 5, 19}
Si sentis te adfectum te non velle scortari, tum est ibi opus Christi, quod
5 dissolvit diaboli opus. Contra si sentis te studere, ut scorteris, si locus et
tempus, ibi est diabolus et destruit opus Christi. Si transis videns egenum
proximum, ibi destruit diabolus adfectum et opus Christi in te. Unusquis-
que videt, an sit ex diabolo vel Christo. Sic duo illi principes gehen
widderinander, nullum medium: aut sub Christo aut diabolo sumus. Ein
10 Trostlicher spruch Venit dissolvere, per quem iugem conflictum intelligit:
semel tulit, sed semper conflictandum.

'Omnis ergo, qui . . quoniam semen.' Iohannis Epistola est, quia lo-3, 9
quitur ut in Euangelio: Non ex sanguine. Natus ex deo, qui non fictus ^{Joh. 1, 12}
Christianus. Non in sermone consistit apud eum Christianismus &c. Est
15 exaggeratio praecedentium vel repetitio. Was sol ich viel sagen? Summa
summarum: Nos Christiani nascimur, non adest fucus aut species pietatis sed
res, natura. Si ergo est natus, non facit peccatum, quia nasci ex deo pur-
gat peccatum, crucifigit et mordet, non potest ergo impleri, in veru peccatum
stetst¹. Est iuvanda domus proximi, serviendum illi, ita dicit spiritus: Sic
20 pecunia erauſen, mammon es in loculo, ut expendaris. Quare? quoniam
semen dei i. e. verbum. Nati estis ex semine 1. Pet. 1. Verbum dei manet, ^{1. Petri 1, 23}

7 opus (miam) zu 13 über fictus steht simulatus quasi sit natus 15 repetio
zu 17 über nasci steht natus

¹⁾ die Sünde steckt am Spiesse, vgl. in Text p 706, 25/26.

p] veret opera diaboli. Nunc apparuit in carne et dissolvit. Nam principatus
et potestates Diaboli expoliavit, ostendit palam et triumphavit de illis per
semetipsum, Col. 2. Sic semel Christus tulit peccata mundi, sed tamen non ^{Col. 2, 15}
25 cessat continuo tollere in nobis per pugnam spiritus et carnis. Duo illi
Principes expellunt se mutuo. Christus solvit opera diaboli, diabolus opera
Christi. Christus aedificat in nobis charitatem, humilitatem, castitatem &c.,
diabolus immunditiam, scortationem, contentionem, superbiam. Si ergo in-
telligis te sic affectum, ut nolles peccare, fornicari, vel si sentis et tamen
30 remordes, si sentis te affectum ad misericordiam, iam habet et Christus opus
suum in te. Si vero sentis contraria: affectum ad adulterium, ad scortatio-
nem &c., si videris fratrem tuum egentem et non subvenis, si habes, iam
diabolus opus suum habet in te. Facile igitur sciri potest, sub quo sitis.
Si sitis sub Christo, ostendunt hoc opera. Sin sub diabolo, hoc etiam opera
35 ostendunt. Manifesta enim sunt opera carnis, ^{Gal. 5, 19}

'Omnis qui natus est ex Deo.' Supra: Natus est ex Deo, qui credit 3, 9
et non est fictus neque simulatus Christianus.

3] est aeternum semen. Stat, non potest exturbari. Imo non potest peccare.

Röm. 7, 19 Quare, mi Iohannes? tamen nihil facilius quam posse peccare, Ro. 7., Quia repugnant peccatorem esse et natum esse ex deo. Potest nativitatem ex deo amittere, tum potest peccare, sed stante et manente semine in eo non potest. Illae locutiones sunt nobis neglectae, non intelleximus. Est simpli- 5
cissima sententia: Semen in nobis dei non patitur nobiscum ullum peccatum, quia Christus est purgator peccatorum, qui sedet in corde per fidem et dicit: frater, ibi concupiscere cepisti honorem indignatus, nomen tuum opprobrio est adfectum. Sic servat, ut peccatum non regnet. Peccatum quidem mur-
murat, sed Christus dentibus suis mortificat. Christianismi est, ut odium 10
peccati maius fiat indies et amor iusticiae. Ergo contrarium: Si quis peccat et implet peccatum, non ex deo 2. 'Ex deo' quia repugnat, hoc dicto utitur¹. Hoc de implendo peccato dictum, ne perdamus consolationem. Nam peccatum sollicitat, murmurat contra nos, sed sub gratia sumus. Si tentat me invidia, comprimenda, non potest fieri, ut sine pugna vivamus. Iam seipsum ex- 15
ponit, quid sit peccare 2.

3, s Üti: Septemb: 'In hoc apparuit filius dei.' Iohannes loquitur de fructu vel manifestatione filii, quae in nobis est adversus hypocritas et negligentes Chri-

1 Imo o

2 Ro. 7. o

¹⁾ Statt hoc könnte auch hec und statt deo [= dicto] auch duo gelesen werden. Also vielleicht repugnant hec duo? Vgl. unten p Z. 28.

p] 'Peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet.' Repetitio vel exaggeratio praecedentium. Nos, qui sumus Christiani, non simulate 20
agimus. Nasci ex Deo et seminare peccatum repugnant. Si enim caro vult peccare, nativitas Dei sic dicit: non sic, non sic, quoniam semen Dei manet in illo. Semen autem Dei est verbum Dei. Hinc Petrus ait: Renati sumus
1. Petri I, 13 non ex semine mortali sed immortalis, scilicet sermone Dei viventis, I. Petr. I. Nasci ergo ex Deo est purgare peccatum, da wird die sünde am brand 25
ipiejs gesteckt.

'Non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.' Nihil est facilius quam peccare. Repugnant autem 'ex Deo natum esse' et 'peccare'. Stante nativitate et quamdiu manet semen Dei in homine regenito, non potest pec-
care. Potest quidem amittere nativitatem et peccare, sed quamdiu Semen 30
Dei in nobis est, non patitur secum illud peccatum. Christus enim est propitiatio peccati. Sedet in corde hoc semen et Christum in corde servat, ut non descendas in peccatum. Ubi vidisti alienam mulierem aut pecuniam, dicit: frater, frater, cessa ab istis affectibus, ex Deo es. Sollicitat, murmurat et cupit regnare peccatum, sed ne regnet, subter te erit appetitus illius. 35
Provocaris ira, libidine, invidia, retine semen Dei viventis et comprimere illa. In securitate incedere est amisso Christo et nativitate vivere in peccato, da

3] stianos, qui Christiana libertate abutuntur in occasionem carnis. Si ergo, inquit, in aliquo sunt opera diaboli, certum est, quod Christus in eo non est, qui venit, ut dissolvat opera diaboli. Sicut diabolus non est otiosus sed circumit, sic etiam Christus. 'In medio eius, non commovebitur.' Non ^{31. 46, 6} dormitat neque dormitabit. Nemo se fallat putans se Christianum esse sequens ^{31. 121, 4} opera diaboli, quae Gal. 5. legis: qui student illis operibus et volunt. 'Omnis ^{Gal. 5, 20} qui natus est, peccatum non facit'. Pugnant enim haec duo, quod aliquis sit natus ex deo et peccet. Solvunt Apostoli: 'Quod summus iustificati aliena iusticia, ergo' ^{2c.}, alibi: 'Quomodo in peccato vivere, cum eo mortui ^{2c.} Non ^{Röm. 6, 2} stant simul peccare et nasci ex deo. Sunt adhuc reliquiae et fæces peccati, sed res talis est, quod stante nativitate illa non sequatur peccatum. Concludit hoc argumentum:

'In hoc manifesti.' Non est, quod possit aliquis dissimulare, arguitur ^{3, 10} enim quisque in sua vita, quae manifestatio ^{2c.}. Qui non est iustus i. e. qui ¹⁵ non facit iusticiam et diligit fratrem. Fides et claritas sunt Christianismi partes. Fides est operculum vel propiciatorium, quod placeat infinita peccata, quibus sumus rei coram deo. Ibi peccata absorbentur in fide. In charitate non sic absorbetur peccatum, non est erumpendum manifestis peccatis et dicere me Christianum. Charitas cohibet peccata externe, quanquam inquinati multis ²⁰ peccatis coram deo. Dicit ergo: qui manifeste peccat et quo peccato studet aliquis peccare. Loquitur de spiritibus securis, qui ubi statim audiunt Euangelium, dicunt se Christianos, non diligunt proximos. Certe, inquit, opera carnis sunt manifesta. Nam opera coram deo nihil valent, ideo habemus propicia-

2 in eo o 3 est o 8 Apostoli o 9 eo c aus ei 16 vel o 20 peccato o

p] behüte uns Gott vor. Si ergo in aliquo sunt opera diaboli, ibi non potest ²⁵ esse Christus. Sicut diabolus non est otiosus, ita neque Christus. Diabolus tanquam leo rugiens circumit, 1. Petr. 5. Christus etiam non dormitat sed ^{1. Petri 5, 5} fortior est forti. 'Filioli, maior est, qui in vobis, quam qui in mundo', 1. Joh. 4, 4.

'In hoc manifesti sunt filii Dei et filii Diaboli: omnis, qui non facit ^{3, 10} iustitiam, non est ex Deo, et qui non diligit fratrem suum.' Perinde est, ac si velit aliquis disserere: omnis, qui non est iustus, non est ex Deo, et qui non diligit fratrem, non est ex Deo. Duae sunt partes Christianismi: Fides et Charitas. Fides est operculum vel potius propitiatorium, quod tegit infinita peccata, quibus sumus rei coram Deo. Absorbentur enim fide ³⁵ omnia peccata, etiam occulta. Charitas autem cohibet peccata manifesta, quanquam coram Deo laboremus multis peccatis. Loquitur tamen de peccato, quo aliquis studet peccare. Alioquin nemo est, qui non peccet. Loquitur de spiritibus illis securis, qui audito verbo gratiae non serviunt proximo. Nostra opera nihil sunt coram Deo. Sed habemus remissionem peccatorum

3]torem deum. Vult dominus habere opera, quae sint signa fidei et verbi, quibus probemur apud mundum etiam esse nos filios dei, ut sunt baptismus &c. Promissio *thutâ gar*, cui alligatae promissiones de bonis operibus ad testificandum. Agit de manifestandis filiis hic per opera.

- 3, 11 'Quoniam haec annuntiatio', supra: ut credamus, hic: ut diligatis. Haec 5
sunt duae partes Christianismi: per fidem in Christum enim iustificat, per
charitatem sequuntur opera et legi satisfacio i. e. cum coepisset Euangelium
praedicari. Hic tractabit duplex hoc genus peccantium contra charitatem,
contra hypocriticum, quod videtur sibi servire ut haeretici, qui ambulant in
magna specie charitatis et sub tali specie sunt atrocissimi et sanguinarii 10
homicidae. Spiritus oculi tantum vident istam hypocrisin. Nam charitas
debet esse sine simulatione. Sunt a vertice usque ad plantam: vellent ad-
versarios extinctos. Interim dicunt se diligere proximos. Si Muntzerus potuis-
set nos vorare, et tamen praedicabat charitatem, ergo sub specie pietatis et
charitatis sunt maximi homicidae. Et hoc fit praesertim ubi deus habder 15
3, 12 pietatis. Vide exemplum de Cain, qui erat impius, e contra Abel, qui erat
coram mundo infimus, vilissimus. Cain rex, sacerdos, parentes spectant Cain,
reputant pro sancto, Abel pro nihili. Deus reprobatur Cain et approbat Abel.
Ille indignatur, cum vidit suum sacrificium non respici et e contra fratris.
Non est bitterer volck quam sancti: quanto sunt severioris religionis, tanto 20

zu 1 über signa steht testi [= testimonia] 9 servire c aus servare 10 sanguinarii]
sang [vgl. 709, 1, wo das Wort ausgeschrieben steht]

p]donatam per Christum. Opera Charitatis testimonia et sigilla sunt Fidei, quibus probamur esse filii Dei. Promissionibus Fidei sunt additae promissiones Charitatis et bonorum operum ad testificandam Fidem.

- 3, 11 'Quoniam haec est annuntiatio, quam audistis ab initio, ut diligatis 25
alterutrum.' Supra urget, ut credamus, hic, ut diligamus. Hae sunt duae
illae annuntiationes totius Euangelii: Fidei et Charitatis. Fide coram Deo,
Charitate coram proximo sive erga proximum. Hic ergo tractabit duplex
genus peccantium contra Charitatem. Primum sunt hypocritae, qui dum
charitatem simulant, maxime violent. Videntur multi habere charitatem, sed
non habent, sicut sunt Syvermeri. Si adversarii occiderentur penitus, hoc 30
optant, rogant, cupiunt. Interim tamen praedicant charitatem. Ita sub specie
charitatis et pietatis maximi aliquando sunt homicidae.

- 3, 12 'Non sicut Cain occidit fratrem suum.' Hoc autem maxime contigit
de causa pietatis. Cain erat in speciem piissimus, primogenitus et sacerdos
Adami. Reputat Cain sese pro sancto, aequae ut Abel, sed aliud indicat 35
Deus. Statim concidit vultus eius, ubi videret fratris munera acceptari,

1. Roie 4, c Gen. 4. Vide nostros monachos et sacerdotes, qui, quanto sunt sanctiores,

32 hinter homicidae setzt N: De altero peccantium genere agit infra Comma XV.

R] magis sunt sanguinarii et virulentiores. In animis est odium, quo vellent extinctos omnes pios. Istud facit specie pietatis fictae i. e. Ex malicia erat maliciosus sanctus, ideo non potuit ferre, quod praeferretur sibi Abel. Sic hodie: si altius veniremus quam Schwermeri, macht odium maximum. Ergo
 5 increpat Cainitas speciosos sanctos, qui ludunt se et alios omnes et sub ista larva alunt virus et virulentiam, fodiunt suis linguis vulnera immedicabilia. Christus: 'genimina viperarum'. Causa mala, fratris iusta, magna causa Matth 12, 34 istius homicidii certe: ey ein schändlich causa, cum occidi debeat iniustus. Sic hodie quia sequimur bonitatem, ut psalmus, et quia sententia nostra est Ps. 34, 16
 10 vera, non possunt pati, pro eo quod me diligenter, odio. Concludit locum contra hypoeritas, quod duplex odium habent quam alii, qui propter gloriam, opes: illi propter denm. Audistis, quia dominus fundamentum, 'quia speravimus 2. Tim. 2, 19 in deum vivum', ad Timo. Si crederemus mendaciis et iniquitati, tum esse- 1. Tim. 4, 19 mus verissimi et piissimi Christiani. Filius dei non sic odit ut Cain. Haec
 15 est consolatio nostri et illorum timor, ut nos conservet in hac puritate, wir wollen auff in wagon, quod dicit 'hoc est corpus'. Nemo potest comprehendere, qui sit alitus in ventre.

'Nolite mirari.' Da kommt nun alls de primo genere hominum, qui 3, 13 sunt sancti, quos vocat hic mundus. Si Abel habebat fratrem osorem, quid
 20 mirum, si etiam de fratribus nostris, qui etiam de mensa nostra participant. Calcaneum, Christus de Iuda, sustulit adversus me, Papa nihil est erga Ps. 56, 7 illos sectarios die müssen thun. Quare? Num quia sumus amici mundi?

2 omnes pios o zu 11 über duplex odium steht maius odium zu 18 Wir
 fonnens auch wol verdienen rsp zu 19 über quos steht tales osorem o 21 sustulit
 ad: me o 22 Nū o

P] eo sunt venenatiores je vergifteter sind sie. Hoc facit ficta pietas. Vide
 Observantes. Wenn die prediger mōnche wollen höher faren, so fassen sie
 25 gegen die andre ein odium mortale. Hoc ergo speres de Cainitis, hoc est, de Sanctis sibi iustis. Sic nos persequuntur, quia sententia nostra est vera et sancta. 'Pro eo, quod me diligenter, detrahebant mihi', psal. 109. Est Ps. 109, 5
 autem duplex illorum odium. Alii nos oderunt propter pecuniam, alii vero propter veritatem. Si illis consentiremus et crederemus mendacio, essemus
 30 amici. Est ergo nostra haec consolatio, ubi illorum erumpit furor. Rogemus ergo Deum, ut nos servet in simplicitate verbi. Si non possumus comprehendere, quomodo Christus sit et veniat in carnem, non refert. Tamen manebimus cum Christo. Non possum aliud credere, quam Christus docuit. Si ille me decepit, bene est, ut Augustinus loquitur.
 35 'Nolite mirari, fratres mei, si odit vos mundus.' Adhuc de primo 3, 13 genere hominum, hoc est, de Sanctis. Non mirandum, quod persequantur nos etiam fratres. Cain Abelem persequitur, Esavus Iacobum et sic omnes falsi fratres ex Deo genitos.

3] Non, sed quod Satan videt nos non esse in sua Rotta. Si assenterer Schwermeris, quam brevi acquirerem nomen grande. Si quid est pro illis, laudant utrumque frigidum, e contra. Propter hoc insigne donum, quia translati, eradicati e morte et in regnum vitae. Mors quidem apparet, sed Satan bene videt, utrumque nobis sit occultum. Deinde non solum sumus translati, sed scimus unde? quod diligimus fratres. Charitas fraterna est argumentum et convictio et testimonium, quod sumus translati &c., quia diligimus, alioqui apparet mors. Hoc unico argumento possum scire, quod diligo fratrem.

3, 14 'Qui autem non diligit fratrem' i. e. non est translatus i. e. declarat sese non esse in vita sed morte. Est opposita sententia. Concludit quasi Epiphonemate. Novus textus, quem antea nemo audivit, quod qui odit fratrem, est homicida. Quare? 'Reus est iudicio.' Tres: signo verbo corde 1. Ref. 4, 6 occidere. Occidere est opus irae. Ut de Cain: Quare concidit? Hanc iram exequitur facto, qui ergo ex animo irascitur vel invidet fratri suo, occidit etiam 3, 15 in corde, quia corde optat ei mortem et omnia mala. Ergo textus est verus: 15

zu 1 über Satan bis esse steht ergo pot [= potius] domini, quia sumus translati Paulus 2. Cor. 10. mentiuntur se [darüber inter ipsos] nil intelligunt gegen uns non i. e. commendat se inter sese, quod [o] alii faciunt, fctet r zu 2 Paulus et Ioh. docuerunt veritatem: oportet sapientia iustificetur a suis filiis r 7 translati o 9 non dil fratrem o über translatus steht de morte zu 12 Matth. 5. o habetis r [wohl zu Tres] zu 13 über concidit steht facies tna Gen. 4. zu 15/710, 1 Vitam manentem Eb[raismus] i. e. non habet vitam aeternam, ut statim sequitur: quomodo manet charitas dei apud illum. Putant quidem certo se habere vitam aeternam et [über (sed)] esse proximos deo sed r

p] 3, 14 'Quia scimus, quod translati sumus de morte ad vitam.' Hoc est, quod offendit Satanam, quia videt nos non esse de regno mortis et tenebrarum. Sic hodie multam laudem acciperemus, si accederemus illorum gregi. Sed Paulus illorum mores depinxit. Ipsi inter sese metiuntur ipsos sed 2. Cor. 10, 12 nihil intelligunt, 2. Cor. 10. Cinglius Oecolampadium, Oecolampadius Cinglium commendat, Paulus autem sese non ita commendat. Non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est sed is, quem Dominus commendat 2. Cor. 10, 18 2. Cor. 10.

'Quod translati sumus.' Mundus odit nos, quia eradicati sumus de morte et vi Satanae ad vitam. Etiam si nobis translatio haec sit occulta, diabolus tamen bene videt. Imo, etiam ipsi scimus nos esse translatos, eo quod diligimus fratres. Dilectio fraterna argumentum est, quo scimus nos translatos ad vitam. Hoc uno argumento declaro me translatum ad vitam, si diligam fratrem, etiam si adhuc sentiam alia peccata in carne.

3, 15 'Omnis qui odit fratrem suum, homicida est.' Respicit alterum hominum genus, qui aperta malevolentia oderunt fratrem suum. Hos Christus Matth. 5, 22 notat Matth. 5. 'Qui dixerit fratri suo: Racha, reus erit concilio.' Homicidium est signum irae. Omnis igitur, qui ex animo irascitur fratri suo vel eum odit, idem etiam est homicida. Sic omnis, qui invidet fratri, occidit

R] qui odit fratrem. Ex quo ut signo fructu agnoscitur α . Haec dicta contra
 speciosos Sanctos, qui ista verba Iohannis non intelligunt, sed potius iactant
 charitatem, econtra nos dicunt maledicos et gloriantur de sua egregia patien-
 tia. Apoc. 9. 'in cauda' aculeos'. Nos dei gratia, qui hic audimus Euange- Σ II. 9, 10
 5 lium, non habemus cor amaricatum, sed condoleo eis et tamen econtra
 culpam α . deus aliquando minusculisque cor requirit 1. Cor. 4. Iam fompt 1. Cor. 4, 5
 er auf die erassos pigros: 'In hoc cognovimus charitatem, quod vitam suam': 3, 16
 qui non sunt ita speciosi et non apparent odisse. Nec accusat de odio
 sed de neglecta charitate, quia maius est odisse fratrem. Illud praecipue
 10 faciunt sancti et fratres persequuntur. Alii etsi non odio persequuntur,
 tamen negligunt. Sic ubique pugnat contra falsos Christianos. Vult di-
 cere: charitas non est talis res, quae possit latere, man wirds in ein mensch
 spuren, est valde cognoscibilis, odium illorum sanctulorum est latius contec-
 tum, quia loquitur bene de proximis, sentit, gibt troßt. Si habeo pecuniam
 15 in manu et non do, manifestum α . Sic econtra est apertus fructus, quod
 non diligant fratres. Si consolor, oro pro eo, doceo, etiam si deberem occi-
 di, tantum ut veritas maneat apud vos, ut Paulus. Non, ut Sophistae Gal. 2, 5
 nugantur, est diligere, quando bene volo de proximo. Inspecitur speculum 3ac. 1, 24
 et abitur, Iacobi 1., quia cor eorum non est in charitate, quae prodit in opus.

1 agnoscitur o 2 verba Ioh. o zu 3 außer a nobis opprobrium nostrum r
 zu 6 über culpam steht reprehendimur zu 6 7 über Iam bis auf steht ad alterum genus
 hominum 9 est o 10 fratres o odio c aus odiunt 13 sanctulorum o zu 15 über
 apertus steht manifestus 15/16 quod bis fratres o zu 17 über maneat steht Gal. 2.
 18 diligere o 19 Iacobi 1. o

P] 20 eum, optat illi omne malum et, si Deus votis eius annueret, frater omni
 calamitatum genere affligeretur. Hoc signo deprehendimus tanquam ex fructi-
 bus impios et filios irae. Impii enim habent caudas similes scorpionum et
 aculei sunt in caudis eorum, Apoc. 9. Si quis igitur dixerit se diligere et Σ II. 9, 10
 habet tamen amaricatum cor in alios et aculeum illum in cauda, is Scorpio
 25 est. Cor certe dicit nobis satis de illo odio et eum alii non vident, ex
 signis cognoscimus.

'Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam aeternam in se.'
 Hoc alterum genus hominum, qui non sunt ita speciosi, sed sunt aperti
 hostes, quos non de simulatione sed de saevitia accusat. Odisse proprie est
 30 eorum, qui non sunt sancti. Quanquam vero et alii oderint, non tamen ita
 vehementer id agunt. Ubique ergo Ioannes contra falsos agit Christianos,
 quia dicit: Charitas non est talis res, quae possit latere, quia charitas bene
 sentit et loquitur de proximo. Si doceo, si consolor, si oro pro fratre, haec
 omnia possunt videri. Charitas res est manifesta, non quemadmodum
 35 Sophistae volunt: Charitas tantum est bona voluntas. Charitas enim prodit
 in opus, 'Charitas non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, sustinet' 1. Cor. 13, 4

3] 1. Cor. 13, 5 Non cogitat malum, 1. Cor. 13. Quare est nota res? quia Christus posuit sic etiam animam suam. Non est ergo quae residet in animo elicita res. Sed Christus posuit vitam, hic audis, quid sit charitas. Es ist hoch gespannt. Non est tam frigida res Christianismus. Casus non omnes numerandi, pro quibus vita ponenda, potior est verbum: ut frater non deseratur in verbo. 5 Ut hic: mors invasit nos, si deserimus civitatem sine verbo et ministerio Sacramentorum. Sic si princeps fureret: Ambrosius posuit animam suam in periculo contra Valentinianum. Sic nobis faciendum, ne deseramus fratres etc., utcumque se viat Caesar, Rebaptisatores iam fugerunt, qui concitarunt novum dogma et alterius periculo docuerunt et sunt omnes homicidae. Si 10 habes verum dogma, vide, ut consistas. Est ergo unus casus, qui exigit hanc charitatem, ut pro fratre animas ponamus. Est dictum de redimendis

1 malum o 2 animam suam o 3 posuit vitam o 4 Christianismus o zu 6
über mors steht pestilentia ministerio ist durch administratione erklärt r 8 Valentinian(o)um zu 8 Valentinianus r 12 animas ponamus o

712, 4 — 713, 7 Monendum autem hic est: primum, non in omnibus casibus requiri, ut nos pro fratribus sinamus occidi, sed unus tantum casus est, cum videlicet de salute animarum agitur. Sic Petrus, sic Paulus pro fratribus et nobis etiam mortui sunt, quia fidem 15 nostram sua morte confirmarunt et testati sunt morte sua hanc doctrinam, quam nobis tradiderunt, esse veram. (Deinde quod rh) Alio modo Christus pro nobis est mortuus, qui sua morte nos a morte (rede), quam peccatis nostris eramus meriti, redemit. Pauli mors non est precium, quo nos redempti sumus [o] sed tantum est confirmatio fidei nostrae, qua nos confirmati et hanc doctrinam solam veram esse credimus [rh] et omnia potius relin- 20 quenda, quam ut ab hac doctrina nos paciamur avelli. Quare si quis pro fure aut latrone se carnifici iugulandum preberet, is non solum stulte sed etiam impie faceret. Ferat enim unusquisque sui peccati poenam. Et Evangelion politiam (relinquit) non tollit, quae sine supplicii facinorosorum non potest consistere. Ambrosius autem dum se Valentiniano opponit et periculum vitae pro ecclesia sua subit, recte et pie facit. Neque enim debemus aliorum 25

¶] omnia, fert omnia' etc., 1. Cor. 13. Charitas ergo manifestissima res est. Ut Christus animam suam pro fratribus posuit, ita et nos certis in casibus animam ponere debemus. Sicut apparet in Christo Charitas, ita et in nobis apparere debet et non negligi debet Charitas in proximum. Verus Christianus semper bonus et ubique bonus est. 30

3, 16 'In hoc cognoscimus' etc., 1. Cor. 13. Quinam sint casus, in quibus pro fratribus animam ponere debeamus, non potest omnino exprimi. Hic vero est maximus, quando pro ratione verbi ponimus animas. Si Princeps persequitur concionatorem, non debet fugere, sicut Athanasius. Quando video in fratre periclitari fidem, ibi cum deo erudire, consolari et animam pro eo et 35 omnia ponere. Si vocatus in concilium fugerem in alienam regionem, hoc esset deserere fratres. Incipere novum dogma et linquere antiquum est deserere fratres. Dictum est ergo de redimendis fratribus et quidem in peri-

3] fratribus in periculo animarum. Non de fure liberando. S. Gregorius de quodam, qui captivum fratrem dimisit. Non sunt certa illa. Sed quomodo Christus, Petrus et Paulus posuerunt vitam, ita nos, ut fratres serventur in fide et roorentur in fide. Non de malefactore intelligo, quia Evangelium
 5 politiam non tollit et leges, quae puniunt &c. Ergo non res latens charitas: qui est Christianus, ostendat per suam doctrinam, confessionem. 2. casus cum pestilentia. Aliud:

'Qui habet substantiam.' Iterum non est res latens charitas: morien- 3, 17 dum pro fratre, exponenda substantia i. e. Leib und gut pro fratre ponenda.
 10 'Quomodo charitas.' Video eum esse in fame, non promoveo, suscipio, et habeo substantiam mundi, non est charitas ibi, quae pascit, suscipit. Et dicitur 'qui habuerit', tantum de hoc, quod habemus Jōh̄s sein (non sit rapina, 3ei. 3, 14 Esa.), ut aliorum necessitati &c. Ephe. 4. i. e. qui fuerit parens, avarus, non 4ph. 4, 28 est Christianus. Et iam tempore Evangelii maior sollicitudo quam ante, hoc
 15 facit Satan, ideo non mirum, quod pestilentia sequitur, quia non facimus iuxta Evangelii praescriptum. Oportet nos habere pestem, famem, forte etiam gladium, si non faceret locum irae suae. Alioqui haberemus pro non deo sed stulto. Sic est ergo misericors, ut non sit ignavus. Propicius est et multae misericordiae contritis et humilibus, sed qui libere peccant, den Jch̄ndt

3 vitam o	4/5 quia bis puniunt &c. o	9 ponend(um)a	zu 10 über fame
steht egere	11 substantiam mundi o	pascit in	vestit zu bessern versucht, dann darüber
vestit nudum excipit hospitem	12/13 non bis Esa. o	13 Ephe. 4. o	14 tpe
Euang. rh	über solit. steht cura	18 sit über (est) ignavus (est)	

20 periculo sed nostro docere in ecclesia et, si qua nobis ideo afflatur iniuria aut poena, ferre eam debemus potius, quam ut abnegemus Evangelium et sic offendamus exemplo nostro fratres. Est ergo tantum unus casus, qui exigit, ut moriamur pro fratribus, cum scilicet [rh] agitur periculum animarum, ut serventur in fide et doctrina. Includit autem hic casus etiam illum, quod (doctores) ministri verbi non debent fugere in periculo pestis. Sed ille est
 25 levior casus.

¶] culo animarum. Nam quo modo Christus posuit animam et Apostoli, eo et nos ponere debemus, hoc est, pro confirmanda fide fratrum. Sunt et alii casus, ut in peste, ubi manendum concionatoribus, ut animam ponant pro fratribus.

30 'Qui habuerit substantiam huius mundi et viderit fratrem suum egere.' 3, 17 Si moriendum pro fratribus, multo magis eroganda substantia. Si habeo substantiam et non erogo, cibo, potio, vestio &c., id est, fuero avarus et pareus, non sum Christianus. Sed hodie magnus est clamor eos, qui Christum didicerunt, plus corradere pecuniarum quam alios, daß auch Gott icht seinen
 35 Jörn möchte lassen sehen. Sic misericors est Deus, ut non tamen sit ignavus, qui sinat impunitos peccatores. Humilibus est misericors, qui illum timent. Stultum et impium est, quod aliqui id intellexerunt de necessitate extrema.

2] Mat. 3, 1 *erz nicht*. 'Immittet deus angelum' *et*. Nostri exposuerunt de necessitate extrema. Modus largiendi per seriem: 1. est donare, 2. commodare, 3. i. e. quando videmus eum non habere, quo utatur, ibi *fol ich helfen*. Et saepe indimur a validis mendicantibus.

'Viscera' i. e. misericordiam prohibere, Ebraismus. 'Quomodo.' Iterum habes charitatem manifestam: Si non maledicit, si sollicitus est, ut provideantur pauperes, qui afficitur malo alterius. Nemo ergo est, qui se possit fallere. Et hoc est, quod sequitur 'lingua'. Jacobus hat auch sein da von geschrieben. Eo tempore, quo ecclesia fuit recens, primitiva, res et condicio fuit Christianorum, ergo semper adhortandi negligentes, redarguendi sancti illi *et*. Foris debeo esse sollicitus, quomodo vivat intus extra, quia sum servus, ut sim semper in solitudine *et*.

3, 18 **1. Octob:** 'Filioli non lingua.' Concludit Sanctus Iohannes hic illam exhortationem de dilectione et redit in circulum, ut annectat propositionem de fide. Nam Christiana doctrina consistit in his duobus. Haec est summa, ut diligamus non solum lingua i. e. totus homo debet diligere, Cor et omnes vires. Ut illi non honorant parentes, qui non eis tribuunt victum, 'Est Corban' sic Mat. 15. Mar. 7. i. e. eis non serviet et faciet bene, sic requirunt cor. Röm. 12, 9 Q. d. multi simulant charitatem, sed seipsos fallunt, Ro. 12. Christianismus est veritas et tamen fides et charitas maxime simulantur apud hypocritas et languidos. Diligere Veritas, contra hypocrisis alterum quasi verbum. 2. vocat fratrem, quia fraternitas est in Christianismo, 2. Pet. 1. Ista charitas, quae

zu 2 über extrema steht absoluta domesticis primum providendum 1. Timo. 5. r über commodare steht mutuo dare zu 3 über utatur steht unde vivat 4 a bis mendicantibus rh zu 5 über viscera steht clausurit zu 8 über fallere steht et excusare quod ignoraverit zu 9 cap. 2 o und cap. 2. r zu 19 über Ro. 12. steht dilectio non sit simulata 21 über languidos steht pigros über diligere steht Vides quid sit

p] Ceterum aliqui gradus charitatis sunt: Hostis non offendendus, frater iuvandus, domesticus alendus. Nostis praeceptum Christi de diligendis inimicis. Sed plus debes fratri, qui redamat. Qui non habet, quo vivat, iuvandus et si nos decipiat, quid tum? iterum iuvandus. Plurimum autem debes tuis. 'Si quis autem suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit et est infideli deterior', 1. Tim. 5. Regula communis est: qui habet substantiam et tamen non afficitur, illum non habere charitatem.

3, 18 'Filioli, non diligamus verbo neque lingua.' Concludit hic Ioannes exhortationem de dilectione, redit ad circulum, ut connectat illam summam, ut diligamus quidem non verbo et lingua, sed totus homo diligit, sicuti habetis expositionem Christi Mat. 22. Multi sunt, qui simulant dilectionem. Dilectio autem sit sine simulatione, Ro. 12.

'Sed opera et veritate.' Non enim in sermone est regnum sed in virtute, 1. Cor. 4. Ideo fratrem dicit quemcunque Christianum, quia fraternitas

3] est inter Christianos, debet esse charitas fraterna i. e. fraternus amor, ut fratres se diligunt eiusdem hereditatis. Diligere fratrem ut fratrem habet multa offendicula, Ro. 14. 'infirmum in fide assume' et c. 15. Diligere eum, qui est fortis, beneficus, suavis, facile est, sic 'Vulgus amicitias utilitate
 5 probat'. Sed licet, si nihil reliquum fratre quam nomen fratris. Non dicit: diligamus fortes &c., sed fratrem. Ita nihil consideremus dona, propter quae amatur a mundo, sed Christianus respicit solam fraternitatem, utrumque infirmi sint, qui non possint sequi, adiciuntur in eos donis, quae habemus, et servimus fratribus illis donis. Si sum patiens, debeo aspicere, qui asperior
 10 moribus, et suscipere et ferre, ut fratrem benefacere, in totum servire. Caro est nequam, quae putat se habere charitatem, cum carnaliter. In coenobiis querebant socios tantum sanctos fratres. Sed deus facit aliquando fratres nostros intractabiles: Christus non reiecit me propter meam intractabilitatem, sic nec ego illum fratrem. Iam redit ad circulum de fide.
 15 'Quoniam', quod sit nulla hypoerisis in nobis, fucus, sed sincera fides 3, 19 et charitas. 'Suadebimus': si dilexerimus opere et veritate, est testimonium externum de vocatione nostra, ut Petrus, i. e. stabilimur, quod sumus in 2 Petri 1, 10 veritate, quia ex sinceritate et veritate diligimus fratrem utrumque infirmum. Caro offenditur morositate, sorditate, spectat pulchrum, sapientem, iste amor
 20 non fallitur, qui sic simpliciter oculo &c. Et per illam certificationem possumus

1 fraterna o 4/5 utilitate probat rh 8 non e aus nos 9 donis o 11 12 über
 coenobiis steht monasteriis zu 15 zu Quoniam ist ergänzend zugefügt si reprehenderit
 nos cor nostrum o

P] est inter Christianos. Fratres autem debent esse participes eiusdem hereditatis. Ceterum diligere eum fratrem, qui est vicissim beneficus et suavis, id leve est. Sic etiam mundus amat. 'Vulgus amicitias utilitate probat.' Non igitur dicit: diligamus sanctos, iucundos, divites, sed 'fratres', sic ut
 25 nihil ibi ametur neque respiciatur quam fraternitas, quia frater non ob utilitatem, non ob gloriam sed ob debitum diligitur. Omnia dona, quae habemus, debent servire iis, qui non habent, exempli causa, qui doctus est, debet inservire indocto, dives egeno, prudens dementi &c. Paulum aliosque Apostolos diligere facile est, qui tibi vel post fata inserviunt. Sed imbecilles, difficiles,
 30 indoctos amare, hoc demum est vere diligere. Alioqui non fraternitas sed carnalitas est. Paucis, Christianorum est servire non suo commodo sed fratri.

'In hoc cognoscimus, quoniam ex veritate sumus.' Est testimonium, 3, 19 quo facimus nos certos de vocatione nostra et quo stabilimur, quod stamus in veritate. Si non moveor imbecillitatibus fratris, certe non diligo. Ex
 35 fructibus charitatis possumus cognoscere nos habere charitatem. Stabilitur fides exercitio suo, usu et fructu suo. Postquam enim se quis dederit ignaviae vitae, difficile est erigere eum ad Deum. Fides sola nos erigit. Hinc est exercenda fides, ut liberemur a mala conscientia.

N] suadere corda nostra illam fidem nobisipsis. Magna consolatio. Ambrosius
 moriturus: non vixi sic, ut pudeat me inter vos vivere nec mori lucrum.
 Sciebat se fecisse contra charitatem. Stabilitur fides ipsa fructu, usu, exer-
 citio, alioqui fides est *feer ſchwach*. Exercenda fides, ut liberetur a mala
 conscientia, ut serviat fratri, tum volare in misericordiam dei i. e. possumus 5
 consolari et erigere corda nostra coram eo, ut fiduciam habeamus, opera non
 valent ad iusticiam, sed fidem tamen non impediunt sed promovent. Quando
 conscientiam habeo, quod non firmus sim, occiderim, ibi est conscientia
 liberatior et non premit me istud. Si econtra, ibi est pugna magna contra
 fidem et valde disruciatur anima. Et non sinit sine consolatione, qui 10
 sic non possunt suadere corda sua. Esto, quod lapsi simus in peccatum
 3, 20 aliquod, tamen non diffidendum. 'Si vero', ita quod non possumus suadere
 corda nostra propter malam conscientiam, desunt tibi opera, adest ignavia
 vitae et peccata tua, si deest suadela 'reprehendit': si vexaverit te ignavia
 vitae vel opus contra charitatem, non sperabis, quia praeceptum est (non 15
 consilium), ut speres in dominum. Est simpliciter summum praeceptum, ut
 recipiemus, et per hoc efficimur digni. Quando ergo tibi praeceptum, efficeris
 dignus alioqui indignus. Desperatio est prohibita i. e. conscientia nostra
 facit nobis offensum, iratum deum et pusillanime cor.
 3, 20 'Maior.' Conscientia nostra est multis modis minor deo nostro. Con- 20
 tra malam conscientiam dicas: tu es una guttula, deus est infinitus ignis,
 30b. 16, 2 qui absorbet illam. Nullum peccatum maius infidelitate, 'quia non credunt
 in me'. Sola infidelitas non habet remissionem, quia pugnat contra remis-

zu 1 über suadere steht mentem probare 9 me istud me 13 ignavia] ig—a.ª 14 ig-
 navia] ig.ª 15/16 non consilium o zu 23 über in me steht Ioh. 16.

P] 'Et in conspectu eius suadebimus corda nostra.' Conscientia bene
 actae vitae Suadela est, quod fidem teneamus, quia cognoscimus per opera 25
 fidem nostram esse veram. Et conscientia aliquando in conspectu Dei testa-
 bitur me non fuisse adulterum, me fratrem dilexisse, me pauperibus suc-
 currisse, quamvis semper multa sint, in quibus etiam fratrem offenderimus.
 3, 20 'Quoniam si reprehendit nos cor nostrum.' Si deficiunt tibi opera,
 non tamen deficiat fides. Etsi deest suadela, tamen maior est fides et spes. 30
 Si te reprehenderit vitae ignavia, adhuc tamen non desperabis. Evangelii
 enim summa est, ut credas et speres. Nos indignos quidem aestimare debe-
 mus, sed tamen oblatam gratiam et Evangelium acceptare. Etiamsi con-
 scientia nostra nos facit pusillanimes et iratum Deum sistit, 'Deus tamen
 maior est corde nostro'. Conscientia est una guttula, Deus placatus est 35
 mare solatii. Vincendus est timor conscientiae vel desperatio, quanquam id
 5 Mat. c. 5. Nullus est, qui non habeat defectum. Illum deo diligere, qui ^{Matth. c. 4. v.}
 non habet causam amoris sed odii. Sed 'mundus amicitias utilitate', illi
 amores habent, unde luerum. Christianus diligit fratrem, sive sit dives,
 pauper, infirmus, doctus, indoctus, ledat: non dat differentiam, simpliciter
 intuetur fraternitatem. Quanto magis aversatur, quem non vidit. Eligimus
 10 esse cum illis, qui non sordidi, debiles defectuosi, deus invenit nos in pec-
 catis, blasphemis odiis et quotidie conculcantes sanguinem Christi filii, quia
 omnes volebamus iustificari nostris operibus. In istis sordibus et abominatio-
 nibus invenit et tamen x. Sic ergo et nos debemus facere, ut diligamus in-
 diligibiles. In fide et charitate docenda manet Apostolus, quia videt illos ^{1. 21}
 15 2. articulos non satis posse doceri propter impugnantiam peccatorum, con-
 cupiscentiam mundi, Satan, quae omnia instant et circumstant nos impe-
 diendo. Deinde videmur diligere et non est verum, ideo semper inculcanda
 haec doctrina, donec sincere credamus diligamusque.
28. Octobr. 'Omnis.' Apostolus semper repetit inculcatque illa duo: fidem ^{5. 1}
 20 et charitatem, necessitate illa coactus, quod futurum videbat insurrecturos
 diversos hereticos, quia Satan potest omnia pati praeter haec duo, his pro-
 zu 3 ad oculum exposita est causa r 4 bonum] b 10 defectuosis zu 19
 Cap. V. noch einmal r

p] 'Qui non diligit fratrem.' Pulchra haec ratio est, quod omnem dili-
 gibilem vocat fratrem. Nam Christianus diligit proximum ut fratrem, non
 facit discrimen personarum vel rerum. Non cogitat, an sit officiosus vel
 25 minus, an sapiens vel insipiens. Ceterum mundus aliter diligit: 'Vulgus
 amicitias utilitate probat'. Cum surdis, debilibus, indoctis, ingratis nemo
 vult conversari. Christus dilexit sine discrimine omnes, etiam inimicos suos.
 Quare et nos etiam non diligibiles ut fratres diligere debemus.

'Et hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligit et ^{4. 21}
 30 fratrem suum.' De fide et charitate docet, quia videt duos articulos maxime
 impediri a Satana. Ideo maxime inculcat semper inculcanda et repetit toties,
 quae semel dixerat. Hoc enim stylo Ioannis congruit, ut bis ac ter quod
 salutare est, repetat, ut scilicet sincere credamus et diligamus.

Caput V.

35 'Omnis, qui credit.' Videtis Apostolum semper repetere fidem et ^{5. 1}
 charitatem. Necessitate enim coactus videbat futurum, ut alii Christianorum
 tepescerent, alii ad vana dogmata redirent. His duobus salvus victus est
 Satan, illis sublati vincit Satan.

31 1. Joh. 4, 2 stratis regnat, salvis econtra. Variat nonnullis in verbis: Supra 'in carnem'
 hic 'Christus'. Varii enim sunt heretici, ideo variis occurrit. Iudaei offen-
 duntur, quod Christus est filius fabri, contra hoc hic loquitur. Et Montanus
 fuit, qui gloriabatur spiritum sanctum non venisse, Apostolos primitias
 hausisse, se et suos decimas. Sic hodie dicitur: quod nos docemus, non
 est profectum ex spiritu sancto, sed quod sacramentarii. Sic isti, qui iactant
 plenitudinem spiritus, docuerunt viliora. Ut iam: panis non est corpus. Et
 2 (pg. 15, 10) papa: 'quae non potestis portare' ut edere, vestire, radere, Cum sit maximum
 Christum agnoscere et salvatorem omnium. Tertullianus: Ecclesia tempore
 Apostolorum fuit infans, iam docet velandas virgines. Sic semper iactantes
 spiritum docent viliora. Ideo resistitur illis per Sanctum apostolum, ut
 10 tenemur, id est, Ne quis expectet alium Messiam, non meditetur prophetias
 nondum impletas. Et hodie tales sunt, qui Christum non credunt Christiani.
 Et hoc agunt¹: Tempore Apostolorum nondum est revelatum, quid significant
 omnes figurae. Et Carolostadius: non revelatas adhuc omnes veritates. Quid
 15 est respondendum? Templum Solomonis, vestes Aaronis &c., haec non in-
 32 Gal. 4, 24 tellexerunt apostoli. Paulus fuit optimus Allegorista, si voluisset, Gal. 4.
 Se ipsos putant tales, qui revelaturi sint omnem veritatem orbi terrarum,
 et ad hoc habere spiritum sanctum. Quid templum, tabernaculum, panes

2 hic o zu 8 quae non potestis portare modo r zu 10 über virg steht esse

¹) verhört f. aiunt?

p) 'Quod Iesus est Christus, ex Deo natus est.' Quia tamarii sunt hae-
 retici, ideo tam varie iis occurrit. Militat hic locus maxime contra Iudaeos, qui
 expectant adhuc Christum venturum et negant Christum venisse. Montani quo-
 que alique negabant nos accepisse spiritum sanctum, immo non nisi primitias
 spiritus, se vero accepisse plenitudinem. Sic semper qui iactant plenitudinem
 Spiritus, viliora docent quam hi, quos illi negant habere plenitudinem spiritus.
 25 Sic Montani, sic Papistae se accepisse plenitudinem Spiritus dictitant. Hinc
 33 Joh. 16, 12 attemperant sibi illud Ioh. 16. 'Adhuc multa habeo vobis dicere.' Sed
 remittit Servator illos ad plenam effusionem Spiritus Sancti et haec in festo
 Pentecostes contigit. Tales nostri sunt Sacramentarii, qui docent panem esse
 panem. Hoc scilicet sapientius dictum putant, quam unctio docuit Apostolos,
 30 quod sub pane sit corpus, sub vino sanguis Christi. Gloriantur etiam se
 scire mysteria et abscondita, scilicet quid sit tabernaculum Moysi, vestis
 sacerdotalis Aaronis. Haec non esse completa in Apostolis aiunt neque
 aperta. Spiritum Sanctum putant in parte revelatum sed nondum in pleni-
 tudine, sibi vero haec revelata et Spiritum suum longe excellentiorem esse
 35 quam Spiritum Vvittenbergensium. Nos vero respondemus in his salutem
 nostram non esse sitam, sive sciantur sive ignorentur. De his vero, quae
 sunt revelata et ubi summa est Christianismi, nihil sciunt, quod testantur

23] expositionis sint 1. Cor. 3. Si etiam non essent exposita, ut sunt, quid ad
 nos? Quod maxime refert scire Iesum esse Christum, caput nostrae
 religionis. Vides itaque longe viliores res promitti ab eis quam sublimiores,
 quas Apostoli 2c. 'Ille testimonium perhibebit et ducet vos', 'Omnia, quae
 5 audiavi a patre nota', 'quomodo non abseconderim omne consilium'. Sic 2Pa. 20, 17
 gloriantur Apostoli, et tamen illi: adhuc reliqua sunt, quae revelanda per
 nos. Iesus, scilicet fabri filius, qui est promissus ex lege 2c. 'Ille ex deo.'
 Fides est certa, hoc bene scit Satan sed agit, ne quisquam credat, i. e. nihil
 dubitare et sic persuasum habere, ut vita non sit certior. Satan arripit leves
 10 animas, qui Ephe. 4., qui adherent fortiter, sunt ex deo nati. Scio hodie 2Th. 1, 11
 magnos, qui tentantur, an Iesus Christus sit. Si quis audebit, faciet tur-
 bationem. Christus est generale vocabulum, omnes Christiani sunt Christi.
 Abraham 2c., ps. 2. Sic eludent omnes scripturas Iesum esse Christum, po-
 15 stulabunt scripturas, habebunt discipulos. Ebion, Theodori, Aquilae dogma
 conflatum ex vetere et novo testamento, quod Christus non sit deus nec
 Christus sed insignis propheta.

Nostrum studium, ut Satan qui ut eiectus est, quaerit requiem, ut
 homines possideat in caecitate. Ideo accipit 7., ut inveniat domum, quae
 non vigilat 2c. Volunt ergo apostoli, ut observemus diabolum cum suis
 20 operibus. Aut facit homicidii opus aut mendacii, supra. Ubi hoc acquirit,
 sedet in regno, ubi illi resistitur, nulla quies. Ergo muniamur scripturis,
 quod Iesus sit verus Christus, et sic sumus ex deo nati, in quo sunt omnia
 impleta, donata, perfecta, et ut nullis insidiis, violentiis Satanae avellamur,

zu 2 über Christum steht 1. Cor. 1. 7 Iesus o 11 tentantur o zu 11 über
 quis audebit steht quis surrexerit 17 qui vt [c aus Sic] eiectus 19 apostoli o

¶] eorum libri. Non possunt tractare locos necessarios fidei et charitatis.
 25 Proinde Christus dicit et apertis verbis testatur omnia necessaria ad salutem
 nobis esse manifestata. Sic enim suos alloquitur: Spiritus ille testimonium
 perhibebit de me, Ioh. 15., 'Ille ducet vos in omnem veritatem', ibid. 16. 2Pa. 15, 5
 'Omnia quaecumque audiavi a Patre meo, nota feci vobis', ibid. 15. Et Paulus: 2Th. 2, 13
 Scitis, quod nihil subtraxerim utilium, quo minus annuntiarem vobis et
 30 docerem vos publice et per domos. Non enim subterfugi, quo minus annun-
 tiarem omne consilium Dei vobis, Act. 20. Quo ipso simul docet completas
 esse omnes Scripturas. Quod tunc illis defuit, hoc idem nunc et nostris,
 qui dicunt non revelatas esse omnes Scripturas, quorum ex genere Carolo-
 stadius est, qui dicit nondum esse revelatum, quid vestis sacerdotalis sit. Sic
 35 nugas agit et nescit Summam Christianismi de fide et charitate. Observare
 oportet diabolum cum eius spiritibus, cuius requies est possidere hominem
 in caecitate. Qui ab initio peccat, aut mendacii aut homicidii opus facit.
 Altero tollit fidem, altero charitatem. Interim ubi ei resistitur pro veritate

23] Col. 2. 3 'in quo omnes thesauri', Col. 2., lucis, salutis, veritatis. 'Et omnis, qui diligit.' Aliis verbis iam loquitur de filio dei, ut loquatur contra eos. Ariani: patrem diligimus et quaerimus gloriam dei solius. Iohannes dicit: Est mendacium, non diligitis, quia impossibile, ut diligatis patrem nisi filium, quem persequimini, quia negatis esse Christum. Haec est voluntas, 'ut 5
 Joh. 5. 23 honorificent filium' Ioh. 5. Iudaei diligunt, colunt deum sed mendacium, quia persequuntur Christum, qui natus ex deo. Semper pugnat contra adversarios etc. Et nostri spiritus dicunt se quaerere gloriam dei, Christi, quasi nos ignominiam Christi quaeramus, et dicunt gloriam dei Christum sedere ad dexteram patris et in pane non etc. Dicunt quidem, sed mendacium, quia 10
 5, 2 detrahunt gloriae filii. Si in uno etc. 'Natos dei.' Ibi applicat illam nativitatem dei etiam in alios filios. Sicut Christus diligitur ex deo natus, sic omnes alii. Discernit haereticos et Christianos. Mundus nos odit, quia credimus Christum natum ex deo, quia haec credimus, odio persequitur et sicut Christum odio persequitur, ideo et nos puros Christianos, qui non odimus 15
 ut illi. 'Eum diligamus': nos agnoscimus filios dei in Christo. 'Quia diligimus et mandata', ut credamus in Christum et diligamus, ut credamus Iesum esse meum Christum et neminem sciam, dem ich feind bin. Non solum

3 et (quimus) gl'iam dei solius Dazu qu'imus rh und hinter solius am Rande stehend nochmals q'ig zu 5 über persequimini steht laceratis Christum o zu 7 et obliquis oculis respicit (zu pugnat) r

p] doctrinae, ibi non quiescit. Ubi vero invenit domum vacuum, non munitam custodia verbi Dei, non quiescit, donec vicerit. Tum iterum quiescit. 20

'Et omnis, qui diligit eum, qui genuit, diligit et eum, qui natus est ex eo.' Aliis verbis idem tamen sonantibus loquitur de Christo, ut pugnet contra eos, qui aiunt: Nos quaerimus gloriam Dei solius, sicut Ariani. Quia impossibile est, ut diligatis Patrem, si non diligatis et Filium, quem ab aeterno genuit. Qui negat Filium esse Deum, is ne Patrem quidem habet 25

1. Joh. 2. 23 [10] Io. 2. Sic et Iudaei non honorificent Patrem, quia Christum negant et illum non honorificent. Sic et hodie Syvermeri dicunt: Nos quaerimus gloriam Dei, vos mentimini. Quid est quaerere gloriam Dei? Respondent Christum sedere in dextra Patris, ut non sit in pane. Sed hoc est statuere pro humano arbitratu gloriam Dei. Nonne hoc etiam est gloria Dei Chri- 30

Röm. 5. 8 stum pependisse in cruce et pro nobis mortem subisse? Rom. 5. Nonne hinc quoque gloria Dei illustratur, quod Filium genuit eiusdem maiestatis et gloriae et qui 'nobiscum est omnibus diebus usque ad consumma-

tionem seculi', Matth. 28.

5, 2 'In hoc cognoscimus, quod diligamus natos Dei, cum Deum diligamus et mandata eius faciamus.' Facit hic discrimen inter haereticos et Christianos: Illi Deum non diligunt, quia Christum non agnoscunt nec mandata

19 non hinter ibi ist wohl zu tilgen

- 23] contra hypocritas et haereticos dicit hoc, qui dicunt se querere gloriam Christi et Christianorum, ut confundat eorum iactantiam, deinde ad persuadendam fiduciam nostram coram deo. Si enim sentio mecum, quod eius mandata servem, habeo signum evidens, quod simpliciter nihil credo nisi
 5 Iesum esse Christum, 2. quod diligo fratrem, quod neminem odio, nemini maledico, inimico condoleo, compator, signum est, quod diligam deum. Haec est necessitas huius signi, quia Satan vexat nos externe per hypocritas, interne per diffidentiam, Ut dicam: non credo, quod per cappam salver, sed
 cum Paulo, Phil. 3. Scilicet per hoc nomen, quod Petrus Act. 4. Tu es ^{Phil. 3. 2} caput, in quo haerendum, 'in quo omnes thesauri'. Quando hoc sentio, habeo ^{Act. 4. 12} certum testimonium, quod deum diligam, 2. opto omnibus hominibus ^{2. Cor. 1. 22} et misereor et neminem habeo, in quem sim amarus. Talis habet testimonium, quod deum diligit et natos dei. Contra hoc maxime pugnat Satan, illam fiduciam libenter expugnaret, ut redderet cor pavidum, quasi non credat
 15 hoc, quia est artifex fingendorum peccatorum, quae non sunt: Ah, tu non credis, non diligis, et fingit peccata et facit optima opera, ut formideamus ab illis. Ita mihi factum. Ut quando quis dat eleemosynam, ut Christus docet, dicit: tu das otioso et es causa mali. Cogitando, disputando non est via vincendi, sed 'vade' dic ut Christus et oppone illi locum. Paulus dicit:
 20 Christus venit peccatores salvos ^{1. Tim. 1. 15} et. 'Omnes thesauri' ^{2. Cor. 1. 22} et. Si habes etiam ^{11. 10, 4} pro tesauo, quod diligis Christum et proximum, jo er mit dir yn die disputagen kommt, macht er ein nebel drein. Ideo dedit pater spiritum, 2. Cor. I., dedit nobis arma potentia dei. Si arripueris aliquam sententiam scripturae, tutus es, mirabilis protectio, ut bene dixerit Paulus: potentia dei. 'Turris for-
 25 tissima.' Monialis aliud nihil: sum Christiana. Saepe misereor ex toto corde Schwermeros, qui sic contemptim loquuntur de vocali verbo, quod dicunt literam et mortem, horrendum ultra modum, da wil ich euch gewarnt haben non solum per doctrinam spiritus certificatus sed per experientiam. Si hoc dicis verbum vocale literam, iam occupavit arcem et sedem in regno
 30 suo. 'Quaecumque, ut per consolationem scripturarum', inquit. Non est nobis protectio, nisi abscondamus nos in verba, quae legimus. 'Omnis scriptura utilis est ad' Timo. Ego saepe tentavi: si legi capita 2. 3., statim fugit 2. Tim. 3. 16

9 Act. 4. o 21 mit dir *ch* 22 spūm o zu 24 nomen domini (zu Turris)
rhsp 30 vt o

- p] eius servant, quia non credunt in ipsum. Nam mandata Dei servare Ioanni est 'credere'. Intelligit autem mandata Euangelii, quae gravia non sunt,
 35 Christiani vero Deum diligunt et mandata haec omnia. Haec dicit ad confundendos eos, qui sibi ipsis arrogant et falso quidem hanc nativitatem, et ad stabiliendum cor nostrum et erigendam fiduciam. Si sic sum affectus, si nemini maledico, neminem odi, immo compator vexatis et afflictis, ibi est testimonium conscientiae nostrae nos esse filios Dei.

3] Satan, ut fugit Davide psallente. Ergo nunquam persuademini esse inutile verbum vocale. Est spiritus, qui ducit nequiores secus.

5, 3 'Haec est enim charitas.' Quare diligitur deus, sive quid dat deus? Credo, quod loquatur sic simpliciter sicut supra: mandata eius faciamus. Ibi habes charitatem et signum. Si credis in Iesum Christum et diligis, 5 hoc testimonio potes te consolari, quanquam sis peccator coram deo, tamen signum 2c. Hoc signum impugnat et vult obfuscare, quod neminem habes, cui invidias, praesertim, qui in Christum credit. Et insuper habes testimonium, quod credis in solum Christum. Christus est tecum deus, quem metuis? Habes hic scripturam, quod hoc testimonium sit verum. 3ornig 10 werden contra adversarios Sacramentarios non est mirum, quia turbant Christianos. Sed interim cordis guttulae sanguineae eadunt, non solum lachrymae erga ipsos et oramus, ipsi non. 'Et mandata.' Locus insignis multorum bellorum causa in Universitatibus. Ibi disputatum: An Moses dederit graviorem legem an Christus. Ego semel scripsi¹ in Galatas: Litera secundum 15 Paulum est lex, quae opera exigit sine gratia sed modo vetustate 2c. Eo tempore, quo erat Christus in ecclesia non praedicatus, venit 2. Moses. Moses permisit vindicare, ergo leviores leges Mosis. Matth. c. 5. 6. 7. et 20 'nisi quis reliquerit', hoc Moses nusquam dixit. Ita fingeant Christum secundarium Mosem et difficiliorem Mosaica legem. Hoc esset nimis onera-

Marc. 10, 29

2 nequiores secus [*oder secum*] o 3 quid *c aus* quae 18 Matth.] Ut *oder* Lt
zu 20 über esset steht contra me

¹) vgl. *Unsere Ausgabe* 2, 523, 27; 552, 9—10. 17. 22; 494, 1—2.

P] 5, 3 'Haec enim est charitas', qua scilicet nos diligit Deus, 'ut mandata eius eustodiamus', id est, ut credamus in Christum Iesum et proximum diligamus. Qui hoc sentit, potest seipsum consolari et habet testimonium hominum. Si diligis Christum, in nulla re confides quam in meritis Christi. Sed diabolus hoc nititur tibi eripere. Possum quidem certo sentire, an 25 misericordia afficiar an ira, sed in statu tentationis fiducia haec vacillat, sola vero fiducia in Christum eripi non potest. Petra est, qui huic insistit, non confundetur.

'Et mandata eius gravia non sunt.' Iste locus multorum bellorum causa fuit in Universitatibus. Nam disputatum: An Moses dederit graviorem 30 legem? Sed quantum ad legem attinet, una et eadem gravitas est utrobique. Moses dedit legem, Christus vero exposuit, vindicavit et sua obedientia implevit. Tanta legis gravitas fuit, ut Christum egerit in crucem. Hic autem loquitur de Novo Testamento et mandata Evangelii intelligit, quae gravia non sunt. Hinc Christus ait: Venite ad me omnes, qui laboratis et 35 onerati estis, ego reficiam vos. Nam iugum meum iucundum et onus leve,

36 vos] nos A'

3] tum nostrae religionis vel fidei Christianae. In Francia hoc facto secutum, quod Christus severior Mose, quia ille patitur multa, Christus: relinquere omnia, abnegare. Numquid non grave fuit tempus ignorantiae et cecitatis? Quantum attinet ad legis dationem, nihil est differentiae inter Moysen & 5 Christum: Christus exposuit legem Moysi. In ista lege est comprehensum. Quod potest dici: Ignorant differentiam inter novum et vetus Testamentum. Nos dicimus: In nova lege nulla lex est. Differunt sic lex et spiritus: Christus est spiritus, facultas faciendi id, quod olim lex requirebat. Mose praecepit sed non dedit, requiritur alia lex, quae facit ut nova. Vetus prae- 10 scribit literas et syllabas 'hoc et hoc fac', da bleibts. Novum dicit: En accipe spiritum sanctum, habe donum, gratiam, accipe Evangelium, audi tantum, sinito tibi dare. Iam facile intelliges discordias Sophistarum. Quod Christus interpretatur legem, non est opus eius praeceptum. Inter cetera sua bona opera, quae fecit, gehörets im zu, ut nebulas pelleret, tale est opus, 15 ut quando caecum illuminat. Nam Iudei obscuraverant. Sed principale opus Christi, propter quod venit, est, ut sit salvator mundi, 'qui tollit' &c. 'Accipite spiritum sanctum', 'Ite, praedicate penitentiam'. Novum testamen- tum offert spiritum, qui impleat veterem legem, quod praecepit. Novum

1 in francia über (Lipsie) zu 2 über ille steht Moses 4/5 ad legis bis Chri-
stum o 12 dare e aus dari 16 vt sit o

p] Matth. 11. Cur leve? Quia fide recipis Christum, id est, agnum tollentem Matth. 11, 28
20 peccata mundi. Habere Christum est habere agnum tollentem peccata nostra, effundentem Spiritum sanctum, ut nos reficiat et consoletur. Christum ergo respiciamus, in hunc credamus. Omnia sunt in hoc verbo 'credere'. Credere est toto corde adhaerere Christo et nihil dubitare. Id fanatici nostri spiritus non faciunt, ideo nec fidem habent. Immo, nostro tempore sunt nonnulli viri 25 non minimi, qui incipiunt dubitare, an Iesus sit Christus. Sic quoque Turcae hypocritae cogitationibus variis Christum perdiderunt, quem pro maximo Propheta post Mahumedem honorarunt. Habent enim conflata fidem ex Ebionitis et Arianis, conservant Vetus et Novum Testamentum partialiter, luxum retinent et Prophetias Mahumeti et omnium ipsius Prophetarum, quos 30 multos habent. Aber den glauben hat der teuffel zugericht. Igitur nobis summo studio videndum, ne amittamus Christum, in quo simul et semel habemus omnia, 'in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae abscon- diti', Col. 2. 'In ipso habitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter', ibidem. Gal. 2, 3. 9
Omnis, qui diligit Filium, etiam Patrem diligit, was man dem Vater thut, 35 thut man auch dem Sohne, quia unum sunt. Verum haeretici se prae omnibus dicunt quacere gloriam Dei et hanc nunquam non praetextunt dicentes se diligere Deum, quem tamen metunt, quia Christum negant, qui Deum nobis placatum reddidit. Qui enim vel in uno loco non credit Filio,

3] dat spiritum, gratiam, qui facit. Tum fit, ut mandata eius non sint gravia.

Emphasis, loquitur de novo testamento. Eis, qui non sunt in novo testa-
Nüm. 8, 3 mento, sunt gravia imo impossibilia, Ro. 8. in principio. Sophistae debebant
dicere: Tota lex non solum gravis sed impossibilis. Credentibus est non solum
non gravis sed dulcis. Si credo in Iesum, so ghet das werck von staten, 5
delector eum docere et paratus omnem doctrinam effundere, quam scio. Si
habeo peccatorem, est mihi voluptas, ut illi succurram. Ibi mera iocunditas
faciendi talia, scilicet in novo testamento sub Christo. Quam dulcia cloquia.
Sic Christianus non est gravis ad mandata dei implenda sed iucundus et
lactus. Impius est tristis ac molestus, metuit, ne in crastinum non habeat. 10
Ibi charitas et fides sunt non solum graves sed impossibiles, sed ubi sunt
hæc dno, sunt faciles. Iohannes dicit contra eos, qui ceperunt negligere
intellectum novi et veteris testamenti. Nostri schvermer sthen nur auff
neuen gedauften. Fuerunt ergo tum, qui disputarunt de gravitate praecepto-
2. Roic 17, 12 rum dei. In vetere testamento sunt impossibilia. Exemplum: manus Mosis 15
erant graves i. e. opera Mosis sunt impossibilia. Econtra novae legis. Si
vis loqui de veteri et nova lege: nullum praeceptum difficile, si es in novo
testamento, habes Christum, est tibi iucundum credere et diligere. Si non,
non es in novo Testamento. Ultra ista gravia, ut diximus, in cenobiis et
scholis plus gravaminis addidimus. Ah, quanta caecitas, merum odium dei, 20
et Christus, quia iudex. Nondum possum ex longa consuetudine vulnus
mihi inflictum ꝛ., putavi Christum exactorem et magis expalli ad nomen
Christi quam Mosis et Satanae, quia sensi leges suas esse impossibiles. Sic
vulneratur cor longa consuetudine ista insania. Si vero doceo: Oportet te
Christum non intelligere exactorem sed salvatorem, largitorem, ascendisti in 25
Eph. 4, 8 altum et non accepisti tyrannidem et exegisti ab hominibus opera sed sedeas,

1 vt o	non sint o	zu 9 über gravis steht difficilis	13 sthen oder sehen?
17 veteri et o	21 quia iudex osp	24 vulneratur über vulneratur	

plis certe Patrem et Filium eo in loco et ubique inhonorat. Manichaeus quo-
que dicebat se quaerere gloriam Dei dicens indignum Deo, ut pateretur in
cruce nec praeceptum de dilectione admittebat. Sed idem ex illorum numero
erat, qui Filium Dei negant venisse in carne et qui oderunt fratres. Ego 30
simpliciter nihil aliud credo quam Iesum esse Christum, et fratrem meum
non odi sed sincera charitate prosequor. Hinc signum habeo in me ipso,
quod diligo Deum. At contra hanc fiduciam summe nititur diabolus et nulli
rei adeo invidet quam huic dono in nobis. Cum quo vero non est dis-
Matth. 4, 10 putandum sed simpliciter dicendum illi 'Vade', sicut Christus fecit Matth. 4, 35
et Scriptura non ratione vincendus. Currendum tibi ad nomen Domini,
Prov. 18, 10 quod est turris fortissima, Proverb. 18. Munzerus hoc non contentus volebat
vivam vocem e coelo loquentem sibi: Sed hoc ipso respuebat Christum,
Gal. 1, 8 quod omnia docuit ac nesciebat anathema illud Pauli Gal. 1. contra novas

3] effundas dare efficaciam contra peccatum, captivare mortem. Hoc nobis
studendum per totam vitam, quia habemus Satanam, carnem, veteres con-
suetudines. Quare non sunt gravia? quia sunt in novo testamento. Quid
est? est habere Christum. Quid est? salvatorem auferentem peccata et
5 dantem dona hominibus &c. Si is me fert in humeris, jo wil ichs wol thun. ^{20 13, 3}
29. Octobr. Audivimus, quod mandata dei non sint gravia, quod situm est
in cognitione veteris et novi testamenti sive legis et gratiae. 'Omne, quod
natum est ex deo.' Hic describit pugnam nostrae doctrinae et fidei, ne quis
existimet doctrinam nostram otiosam et stertentem, fabulam, quales hominum
10 fabulae, quae sunt penitus otiosae. Nemo est persecutus papam intra 1000
annos, nulla religio, sed summis honoribus exaltati tanquam sancti &c. Si
quid passa Romana ecclesia, propter temporalia est passa, quia Caesares
pugnarunt contra Pontifices pro rebus mundi, nihil de doctrina actum. Hoc
est maximum argumentum, quod Universitates, scholae, coenobia sunt Sa-
15 tanica, quia doctrina eorum fuit doctrina pacis, quietis. Habundantes in
seculo, Castigatio mea &c. Caro, Satan habet suum regnum, regnat in pace.
Tamen aliquot servavit in occulto sive per tentationes Satanae sive in aperto.
Hic indicat doctrinam eam esse, quae est in maxima pugna. Mundus eius
adversarius i. e. totum regnum Satanae, portae inferorum, princeps daemonum
20 eum omnibus suis angelis pugnat contra Euangelium omnibus viribus, con-
citat contra nos sapientes, doctos, sanctos, potentes in mundo et carnem

3 quia (non) sunt 5 dona hominibus o 6 29. Octobr. quae erat Martis. qua
mea dilectiss. vxor Hanna correpta est peste und mit späterer Tinte Pro hac ne tristeris
ut ceteri, qui spem non habent r 11 annos sp 12 est passa o 16 regna/uit
zu 17 über aliquot steht deus zu 19 über advers[arius] steht ps. 2 über totum steht
non Caesares 21 potentes o

p] revelationes. 'Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum' &c. 2. Tim. 3, 1
2. Tim. 3., et Rom. 15. 'Quaecumque scripta sunt, ad nostram doctrinam &c. 17, 1
scripta sunt, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus.'
25 'Omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum.' Hic pugna contra 3, 1
doctrinam describitur. Doctrina enim Dei non est absque persecutionibus
quemadmodum hominum doctrina, id quod in summo Pontifice, Universitati-
bus et Religiosis nostris huc clarius perspeximus. Nam etsi nonnunquam
istis bellum intercesserit vel a Turca vel inter seipsos, ob temporalia tamen
30 bona id factum est, nunquam vero propter suam doctrinam intra mille annos
aliquid passi sunt. Pugna nobis est non cum uno Principe aut Caesare sed
cum toto mundo. Ubique spiritualia arma habet diabolus, quibus verbi
ministros a dexteris et a sinistris infestet. Hinc tot nobis nunc adversarii
sunt non tantum Severneri sed Principes, Pontifices, Reges mundi cum
35 omnibus suis. Quis hos omnes vincet? Qui, inquit Ioannes, natus est ex

2] nostram, conscientiam, rationem, dissidia, nostrum peccatum, daß sind copiae
 Satanae. Haec ergo pugna est magna. Videmus ita fieri: innumeri sectarii
 innumerabiles haereses ut tempore Apostolorum. Nam Satan non potest
 sustinere, ut expellatur. In Papatu videt non quaeri fidem, animas &c. sed
 quod videt Christum clarificari, suas tenebras aperiri, habebimus innumera- 5
 biles haereses et etiam tentationes. Sic Christiani intrant per multas tribu-
 lationes. Commendatio hic fidei nostrae. 'Omne.' Nonne magnum: 'qui
 natus' &c. est victor. Haec est magna assertio. Non contentus dicere Pugnat
 sed 'perpugnat', sic certat, ut triumphet. Christianus ergo est invictissimus,
 rex potentissimus, victor gloriosus, vincit suam rationem, haereses, sapientiam, 10
 dicta, praedicata argumenta, ipsum Satanam cum angelis suis, carnem, pec-
 catum. Benedictus deus, qui triumphat in &c. Impugnamur a Satana, non
 ludit, est ei serio auferre animas et corpora. 'Sicut leo rugiens.' Sed tamen
 1. Petri 5, 8 non potest infirmum vasculum superare, imo tale bict h̄m trōß. 'Portamus
 2. Cor. 4, 7 thesaurum, ut sublimitas.' Est sublimis virtus, quid est homo erga diabolum, 15
 qui unus occideret 100 milia hominum in una hora. Tantum est Satanae,
 quando ego sto ante Satanam ut vitrum plenum cerevisia et haberem mag-
 num sanguinem. Et tamen deus infundit suam gratiam und̄ j̄cht h̄m̄s für
 die n̄ajen, ut non tangat. Daß ißt gloriari virtutem dei per Christum, sed
 praesente verbo gloria nostra est. Nasci ex deo est credere verbo, quod 20
 nobis praedicatur: Christus filius dei. Alibi: 'mortem non gustabit', 'resur-
 rectio et vita', 'Ego via, veritas' &c. Et hoc serio, ut plus ames Christum
 et tribuas quam omnibus principum armis. Hoc est credere serio. Talis
 per hanc fidem, donum dei, dicitur filius dei et natus ex eo. Nam ante in
 tenebris constituti non sic sentiebamus de Christo, quem volebamus votis, 25
 ieiuniis nostris placare, adiungebamus nobis sanctos, qui erant mediatores.

Joh. 8, 51
 Joh. 11, 25;
 14, 6

1 rō über (habet quā) nrm o zu 4 über videt steht diabolus queri 6 in-
 trant o 10 rationem] rem verschrieben für rōem 14 trōß h̄m uh zu 16 über 100
 steht centum 18 sanguinem] sang oder ftang 22 serio e aus sentio

p] Deo, damit muß es geschehen, per fidem in Christum, quae victoria est.
 Quid enim posset hoc fragile vasculum contra Satanam, deum mundi? Sed
 Deus maior est, qui semper triumphat in nobis per Christum. Ipsi igitur
 Deo omnis victoriae gloria ascribenda est, nobis minime, wir sind viel zu 30
 geringe dazu. Verbum autem Dei hic requiritur, quod gratiam promittit
 et porrigit fidelibus, ut in tot magnas tentationes coniecti, sub tantis tamque
 dolosis Spiritibus pressi tamen eluctentur et triumphent. Nasci autem ex
 Deo est credere in Iesum Christum. Qui credit in Christum, is demum
 athleta est. Vincit, dicit Ioannes, non 'vicit'. Sumus enim adhuc in ipsa 35
 pugna et vincendi modo. Hinc etiam quotidie admonemur a Christo: Estote
 fortes in Domino et pugnate cum antiquo serpente. Antiquus serpens est,
 qui ingerit mendacia, haereses et omnia mala, quae nunc quoque videmus.

3] Et haec erant optima. Non sic cogitabam, quod dominus meus esset interpellator, Ro. 8., quod Papa esset Christus pro peccatis meis. Ibi alia cogitatio. Hic confugio sub alas suas et gaudeo, quod Pontifex. Et haec fides mihi donata e coelo, scilicet per verbum, quod nobis revelatum. Et hic natus ex deo est Victor. Est plus quam pugnare, sic tamen victor, ut sit in opere ipso victoriae nondum consummato. 'Vincit', victoribus datur corona. Plus efficere vult: vincere quam pugnare, quia est in vincendi opere. Sic Christiana vita semper pugnat et ipso pugnando vincit. Christus: Estote fortes in bello &c., sicut victoribus dabitur regnum. Sic et habebitis inter fortissimum hostem, antiquum serpentem, non Caesarem, qui intulit mortem, peccatum, hodie infert errores et mendacia, i. e. pugnabitis adversus peccatum, diffidentiam, hereticos adulterantes verbum dei, ut sitis constantes confitendo verbum pure, ut non adulteretur, et si contra vos pugnatur ad mortem, patimini. Constituit nos in medio luporum et diabolorum. Ergo dux belli: adero vobis, quia dedit sua arma i. e. verbum et spiritum sanctum, pugnate contra mortem, peccata omnia.

'Et haec victoria.' Hoc adiecit singulariter et egregie commendandum memoriae contra hypocritas et iactatores sanctitatis, operum. Legistis multos sermones, in quibus devotuli ut Bernardus, qui dedit remedia contra vicia, ut Erasmi Miles, armat nos contra diversa genera vitiorum et nunquam tractat fidem. Oculi avertendi, ne videas mulierem, abstinendum a cibo, habebis continentiam. Ego: Tentavi. Et Hieronymus armat nos contra peccata nostris operibus. Quid invit maceratio Hieronymum? Sic quando ego maxime ieiunabam, caro insaniebat maxime et sequebatur pollutio. Quia istis regulis volumus pugnare contra vitia, absurditatem vitii, foeditatem peccati, poenarum gravamina. Contra mundum: fugiendus per fugam. In mundo *wirðs einer mude*. In Coenobio semper cogitat &c. Nullus locus in vitis patrum, qui doceat, quid faciat victores. Scribendus hic Textus literis

2 peccati(onib)us 5 ex deo o 20 Miles e aus Militis 22 arma(n)u nos o zu 27 Si vincendus mundus oportet in medio mundo converseris, ergo frustra consuluerunt eundum in monasteria *rsp*

¶] Hoc fecit ab initio. Deus constituit nos in medio luporum, in regno diaboli, dedit arma verbum et Spiritum suum et se ipso spectatore atque etiam victore iubet pugnare et fortes nos sub scipso Principe agere athletas.

'Et haec est victoria, quae vincit mundum, fides nostra.' Haec sunt arma nostra potissima, non talem et talem vestem gerere, abstinere a cibis, ieiunia frequentare et corpus affligere, id quod tamen Hieronymus et Erasmus fere potissimum suadent omissa fide, capite victoriae. Quam feliciter Hieronymo haec sua victoria cesserit, testatur ipsius vita, quando post biduana aut quatridentuana ieiunia fere dementabatur et Romanarum puellarum choro se interesse putabat. Verum nobis illud ipsa experientia praestat

R] aureis: oportet natum esse ex deo. 'Et haec victoria' singulis annis legunt
 sed non x., quia non tentantur. Si vis vincere talis, non opus, ut cappam x.
 Si tentat te libido et inspicis mulierem et ardes flamma libidinis, arripe
 Christi verbum, fides in eum vincit, tum sordebit maxima concupiscentia.
 Paulus non docet Ieiunia, quod facerent hanc victoriam, sed crapulosus non
 potest attendere verbo sed sobrius, qui ex verbo haurit fidem. Si avaritia,
 crede in dominum Christum, Ira, Invidia in proximum, crede in Iesum.
 Dico de tentatione irae x., suspice ad dominum Iesum: Miserere mei. Sic
 occiditur invidia. Sublimes tentationes fidei et spei, quando mors ob oculos,
 quae terret et conecit omnia interiora et exteriora, quod ossa tremunt et
 totum corpus. Ibi nulla victoria, nisi apprehendes Christi verbum, Matth. XI.
 Ego sum salvator vester, Via, veritas x. In istis verbis vitae vincit pa-
 vorem mortis, imo etiam mors victa, qui pavor facit mortem horrendam.
 Fides ergo, quae haeret in verbo, vincit. Sic tentatio fidei, spei ex mera
 carne: An Christus aliquid sit. Non sunt Satanae tentationes sed cordis
 cogitationes. Sed quando ipse immittit in cor cogitationes robustissimas
 blasphemiae, ut vellet hunc deum non esse, sed alium fingit iratum, aversum
 in perpetuum, qui tradere velit Satanae, Illa non nascitur in cordibus sed
 inseritur. Et ad hoc utitur scripturis, ut ad Christum: demitte te deorsum,
 deberet explorare, an deus esset sibi x. Hoc est deum tentare de miseri-
 cordia, paterna voluntate. Simplicia verba. Quia fingo nihil aliud nisi iram,
 eum mandavit mihi: Spera in misericordia mea, Ergo desperare est bla-
 sphemare. Quidam habuerunt istum spiritum blasphemiae. Vidi puellam 15
 annorum. Una gloria est haec, quod deus non immittit, sed a diabolo per-
 mittente tamen deo, ut appareat fidei potentia. Ideo, quia immittuntur a

zu 4 über eum steht Christum 12 veritas o zu 17/18 über aversum bis velit steht
 indicem tremendum et fugiendum 18 non o zu 18 das find tentationes inferni
 desperationis et blasphemiae r 20 exploraret deus] deum 21 hinter vā leerer Raum
 für einige Worte zu 22/23 über blasphema[re] steht diffidere 24 über gl̄ia [= gloria]
 steht gr̄ia [= gracia]

P] post ieiunia fieri potissimum pollutiones et post longiores abstinentias merum
 sequi furorem. Non tamen promovemus aut commendamus hic crapulam
 sic, ut dedoceamus temperantiam et ieiunia, verum hoc dico cum Ioanne
 Apostolo hic non temperantiam sed fidem esse victoriam omnis mali et totius
 mundi. Nemo tamen nisi sobrius cum fructu verbum Dei meditatur, cra-
 pulosus nec ad fidem nec ad vincendum idoneus est. Multiplices proinde
 sunt tentationes. Hic non potest credere animae immortalitatem, alius Iesum
 esse filium Dei, alter non potest credere, quod Deus sit, qui velit esse propi-
 titius, qua tentatione Christum diabolus tentavit, cum diceret: Si filius Dei
 es, mitte te deorsum, Matth. 4. Ubi Christus in summa constitutus tentatione
 erat, ut non crederet sibi affore Deum in illa afflictione. Summae igitur

N] Satana, potius patimur quam agimus istas cogitationes. Ita Gerson: Sunt
 magis passiones quam actiones, quia Satan imprimit eas. Mi fili, noli mi-
 rari, quod semper de me bona non cogitas, quia sunt potius malae istae
 cogitationes passiones quam actiones, quas patimur inviti. Tunc habemus
 5 pugnam, stamus in acie et dicimus ut Christus ad Satanae 'In manibus
 tuis' &c. Sed quia non audes proicere te deorsum, non habes deum pro-
 picium, sed quia non mittit angelum, vide, qualem deum habeas, ja gütig
 Satanice hat er's Christo fargebild. Sic hodie: wenn er dich lieb het. Sed
 dicendum: Non tentabis, Ibi est scriptura contra. Christus est salvator
 10 mundi, fudit sanguinem. Si vellem eum palpare, ut tu fingis, esset tentare
 eum. Haec est pugna, Christus: Venite ad me, non eieciam, Ioan. 6., semper
 exhibuit misericordiam, nemini recusavit ullam misericordiam, quamquam
 fides infirma, tamen pugnato, vincit et quamquam ardua &c. Den locum sol
 man schreiben, fidem misericordiae dei depingendam. Crede: Christus miseri-
 15 cordia non mors, venenum sed vita, gratia, salus, lux. Qui ergo credit,
 non potest diffidere. Sic habes militem Christianum instructum, qui fide in
 Christum superet omnia &c. Sanctus Thomas, Scotus: Satan contentus, ut
 scribant huiusmodi innumerabiles libros. Et Lactantius, Veteres et novi
 insanunt et praecipue Hieronymus ad Paulum et Eustochium, et Bernardus,
 20 ut non posset visitare, Ut pugnemus per Christum non per se, est verba
 Christi apprehendere, in illa intueri et nihil aliud. Sic Christus vicit dia-
 bolum, sic Christianus, non in suis viribus sed ducis. Unus ille textus
 damnat omnes libros, vaniloquos praedicatores, qui modos, regulas vincendi
 docuerunt. Quid est Augustini regula? In nulla regula unquam vidi trac-
 25 tari fidem, ergo eradicanda coenobia vel reformanda, ut fiant scholae docendae
 fidei. Pauci ex antiquis de fide. Si Augustinus non habuisset Pelagium,

8 het o 11 Ioan. 6. o 14'15 misericordia non mors e aus misericordiam
 non mortem zu 17 Summa vitiorum et virtutum r 18 libros o

P] tentationes sunt diffidere vel desperare. Atque huiusmodi genera passiones
 dici deberent non tentationes. Mitte te deorsum, inquit, laß sehen, was
 du vor einen gnädigen Gott hast. Posset tibi statim angelum mittere, ut
 30 non faciet, ja, er sollte dich ansehen. Ita Satan Christo illudit pessime, ut
 Christus verbum habet, alias vinceretur. Quid dicit? 'Dominum Deum
 tuum non tentabis', ibid., et cum hic armatura pugnasset, dereliquit ipsum
 35 diabolus. Prae omnibus autem necessarium Christiano est, ut credat miseri-
 cordiam et bonitatem Dei per Christum. Hae demum se sciat defensum
 ac tutum. Multi abstinencia destruxerunt seipsos, corpus et caput simul
 perdiderunt, id quod vel ipsi experti sumus. Sed necessaria, non superflua
 danda corpori et standum perpetuo in pugna sed Fide et Verbo et sic pug-
 nandum contra diabolum. Nulla monachorum regula fidem docet sed alia

- 3] nihil de fide. In Hieronymo nihil fidei. In Bernardo bis et perfunctorie. Pauli 3. capita de fide, de moribus dimidium cap. 1 legi, putavi priora non necessaria, et excerpserunt tantum Epistolas de moribus et legentes de fide nihil sciverunt. Nos gratias agamus. Excepta fide nemo praesumat de victoria neque contra mortem, peccata. Quidam de contemptu mortis ex istis locis volebant reddere mortem contemptam, dic omnia mendacia esse, es heißt den sich nicht. Cum morte pugnare gehört vita zu, quae est Christus, quem habes in verbo eius, id apprehende. 'Mundum' peccatum, diabolus, mortem intellige omnia.
- 5, 5 'Fides' ergo conare, ut habeas per verbum, et crede, non nocebit tibi Satan. 'Quis est.' Quam libenter loquitur et inculcat et iisdem verbis declarat. Tres orationes unam sententiam, ut nemo suspicetur, quod victoria Christianorum, non vincant per sua studia et ne quis fingat fidem. Oportet credat, quod Iesus x. ut habeamus omnibus modis veram et synceram fidem non corruptam hereticis opinionibus. Non dicit: non qui abstinet a vino, a conspectu mulierum. Est irruere in medium aspectum mulierum per cogitationes, sicut mihi et aliis contigit. Occupa te verbo et fide Iesu. Non est ullum armorum genus remedium nisi unica et sola fides. Victoria petita possumus alia genera, quae ipsi invenerunt, halten.
- 5, 6 30. Octobr. 'Hic est qui venit.' Iste locus videtur paulo obscurior. Iohannes istum textum loquitur ad declarandum, qua via veniat ad nos Christus, ut

zu 5 über Quidam steht infiu phil über mortis steht ethnicis 7 zu o 8 id o
16 mulierum über aspectum 18 petita möglich invenerunt] evomuerunt möglich
20 Hic bis venit ist zweimal geschrieben 21 nos o

- Pl dantur remedia ad resistendum diabolo, carni, mundo. In Augustino parum fidei, in Hieronymo nihil. Nullus doctorum veterum sincerus est, qui puram fidem doceat. Virtutes saepe et bona opera commendant, rarius fidem. Et ego olim credidi quatuor priora capita ad Romanos esse inutilia ad docendum, sequentia tantum valere, quae ad virtutes impellant. Sed per Dei gratiam illuminatus sum, ut ex prioribus Pauli capitibus iustitiam fidei didicerim, quae nos facit Christianos, ex posterioribus signa et ornamenta Christiani.
- 5, 5 'Quis est autem, qui vincit mundum.' Per mundum intellige diabolus, carnem et omnia mala.
- 'Nisi qui credit, quoniam Iesus est filius Dei.' Fides vincit, non studia, non tua vita, non fuga a mulierum consortio. Potissimum usu venit, ut qui confugiunt ad cremum a multorum consortio, illi maximas patiantur tentationes, ut satius fuisset ipsis habitare cum mulieribus et honestum inire matrimonium.
- 5, 6 'Hic est, qui venit.' Iste locus videtur paulo obscurior esse, sed id est certum, quod Ioannes istum textum adhibet ad declarandum, qua via

3] possimus in eum credere. Dixit enim fidem esse victoriam, quae crederet Iesum filium dei. Procedit in isto gradu, unde veniat ista victoria, quia dicit 'vincit mundum'. Per quid? fide. Unde? Simile in Ro. X. 'omnis, qui invocaverit, sed quomodo et. audient sine praedicante?' Sic facit gradationem quandam, quia necessarium est scire, unde habeatur. Et iste locus valet contra nostros spirituosos prophetas, quia continent ministerium verbi et iactant spirituales illuminationes, quas hauriunt ex deo. Sed Iesus Christus, per quem est victoria, 'venit' et. Nos prius non accedimus, sed prius venit ad nos. Ovem perditam quaerit pastor, non e contra. Quia ratio abhorret ab isto modo vincendi diabolium. Nos, inquit, loquimur de Iesu Christo audito, qui ad nos descendat et manifestetur. 'Inventus sum a non quaerentibus', ut sit misericordia gratuita et nemo gloriatur in suis studiis, quia quanto magis quaeritur Christus, tanto minus invenitur. 'Qui venit' praesentis temporis, scilicet ad nos. 'Per aquam' jo thombt ex zu uns. Ibi est obscuritas, varii varie interpretantur ista. Quidam illuc trahunt, quod in Ioh. ultimo: sanguis et aqua et. Non displicet ista interpretatio. Tamen recte sic interpretatur, ut sit ipsum baptismum et aspersio in nos omnes: Primum re ipsa, sicut effundens in cruce, daß ist corporalis effusio, deinde spargitur spiritualiter, ut Petrus: 'In aspersionem' et., accomodare vel applicare. San-

zu 2 über victoria steht fides zu 3 climax r 8 venit o 11 credito e aus
audito 15 vari(i)e über variij trahunt o 17 sic o zu 19 über accomodare
steht daß heis idj venire per sanguinem

¶] 20 venerit ad nos Christus, ut possimus in eum credere. Dixerat autem, quod victoria mundi esset fides nostra. Fides autem est credere in Christum. Hic vero pergit dicere, unde habeatur ista fides et per quid. Similiter Paulus: Rom. 10. dicens: 'Omnis quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit'. Facit ibi gradationem: quomodo invocabunt? et tandem subsistit in 'verbo', unde sit ista fides. Est hoc contra nostros Severmeros, quibus vile est verbum vocale. Nos, inquit Ioannes, non venimus, ut accedamus primi. Nisi ipse prior veniret ad nos, nos nunquam veniremus ad eum. Ovis perditus non quaerit pastorem, quia peccator et natura abhorrent ab ista via, caro quaerit suam. 'Inventus sum a non quaerentibus', Esa. 65. Rom. 10., ut nemo gloriatur in studiis suis et operibus sed misericordiam Dei esse cognoscat. 'Hic est, qui venit' ad nos scilicet. Sed quomodo?

'Per aquam et sanguinem.' Hoc varie interpretantur vulgo. Plurimi respiciunt ad duo Sacramenta, quod aperto latere Christi effluxit aqua et sanguis. Non displicet quidem ista expositio, at ego simpliciter intelligo baptismum, modo recte applicetur, ut ad nos veniat ipsa aspersio sanguinis Christi. Dupliciter enim consideratur Sanguis. Primo offenditur corporaliter, secundo spiritualiter, sicut Petrus ait 1. Ep. 1. 'Vocatis sanctis in aspersionem'

N]guis quidem effusus in cruce, nisi vero aspergeretur per praedicationem, non veniret ad me usus istius sanguinis, qui est, quando per verbum venit ad nos et recipitur per fidem, et sic spiritus mundat me. Si solum Christus crucifixus, cui prodesset? sed quia invulgatur in orbem terrarum &c. Et haec est distributio usus istius sanguinis. Sic illorum sententia potest stare, si trahatur in usum i. e. *hn die predigt sanguinis Christi wird gefaßt*, per quam spargitur. Si credis Christi sanguinem fusum pro te, salvus eris. Duo spectanda in Christi sanguine: Effusio corporalis et distributio. Si in praedicationem spectes, nulla discordia. Accipio aquam pro aqua baptismi et sanguinem pro suo sanguine. Venit per baptismum suum ad nos, et sanguinem. Quia Christus in mundum amplius non venit spirituali adventu, qui est praedicationis, nisi per aquam et sanguinem i. e. baptismus spargitur in mundum. Iohannes sola aqua venit, quia in Christum futurum baptizarat. Sed Christus non solum per aquam sed sanguinem, quia aqua baptismi sanctificatur per sanguinem Christi. Sic non pura aqua sed eruentata eruore sanguineo per verbum, quod adfert in baptismo sanguinem Christi dicens: per sanguinem Christi redimeris a peccatis et cum baptizaris. Sic ego hunc locum intelligo simplicissime. Vides, quis sit modus perveniendi ad fidem victricem mundi: Damnantur hoc loco omnia studia. Monachus venit suis votis, ibi nulla promissio, non fit filius dei, fides victrix sed &c. Desinat ergo mundus venire et recipiat venientem. 'Quotquot receperunt' Ioh. 1., *dar an lehrt*. Sic nos non persequimur non contemnimus sed recipimus, libenter audimus. Gratiae agenda, quia ad nos venit Christus in aqua et baptizatur in sanguine et aqua. Simpliciter aqua et sanguis nihil facerent, nisi verbum distribueret.

1 per praedicationem o
über quam steht praedicationem

zu 2 über qui steht vsus
21 (sed) et

2 venit] venit

zu 6

P] sanguinis Christi. Haec est accommodatio sanguinis Christi, hic est usus effusionis, quoniam per verbum venit ad me et recipitur per verbum et fidem et sic corporaliter sparsus spiritualiter emundat et lavat me. Sic potest stare sensus, ut scilicet recte distribuatur et accommodetur sanguis ille. Nam Christus non venit per aquam tantum sed per aquam cum sanguine coniunctam, id est, baptismum sanguine tinctum. Alioqui inutilis est sanguis, nisi credideris sanguinem illum pro te effusum. Nam Ioannes venit sola aqua, dum baptizabat in Christum venturum, sed et in sanguine, quia aqua baptismatis sanctificatur sanguine Christi. Non igitur est aqua pura sed eruenta propter eum sanguinem Christi, qui per verbum nobis datur, quod affert secum sanguinem Christi. Et hic dicimur per sanguinem Christi baptisari et sic abluimur a peccatis. Sola enim aqua a peccatis non emundat. Damnatur isto textu, quicquid est humanarum virium et studiorum. Antichristus venit cum suis studiis, sed huic nihil prodest sanguis Christi,

3] Aqua habet hanc promissionem: qui crediderit et baptizatus, sic fudit et lavit animas. Sic cum sanguine verbum praedicat, sic capitur i. e. praedicatur Christus in baptismo, quod aqua habet verbum, qua aqua funditur super nos sanguis, quem et nos recipimus. Summa summarum: Christus venit ad
 5 nos sic, quando praedicatur Euangelium, per quod inspergitur super nos aqua baptismi et sanguinis Christi. Isto verbo audito nascimur filii dei et victrix fides acquiritur. Ergo fides per Euangelium acquiritur, Euangelium venit per Christum et dispergit aquam et sanguinem per verbum suum i. e. praedicatus venit.

10 'In aqua' ut Iudaei et Iohannes. Istam aquam sanguine suo sanctificavit, non est hircorum &c. 'Et spiritus est, qui.' Ibi variant textus in greco. Adhuc unum testimonium, per quod venit Christus: venit sic per aquam et sanguinem i. e. per praedicationem, sed addendum adhuc verbum, quia quamquam praedicatur Christus, tamen non recipitur, nisi spiritus adsit.
 15 Non omnes credunt Euangelio, plures persequuntur scilicet in cordibus nostris. 'Quod spiritus sit' praedicatio est ibi. Euangelium offert nobis sanguinem et aquam i. e. baptismus est totius vitae symbolum alterum praedicatum, semper exercemus, sumus in baptismo et sanguine Christi, quia Euangelium nihil aliud pronunciat &c. sed non reciperetur, nisi spiritus etiam adesset.
 20 Egregia consolatio: Ista unica praedicatio, et nulla, habet gloriam, quod sit vehiculum spiritus, ideo dicitur verbum vitae, salutis, gratiae, quia spiritus sanctus est in eo, ut praedicato illo cadat spiritus sanctus &c. Acto. X. Acto. 10, 44

5 per quod (praedicatur quod) inspergitur 7 victrix fides e aus victricem fidem
 14 quamquam e aus quantumcunque 22 cadat f sanctus o

P] Iudaeus cum suis ceremoniis, sed nec illi prodest sanguis Christi. At qui Christum sequuntur, per aquam et sanguinem veniunt, id est, Baptismum
 25 et sic introeunt in regnum Christi. Quare toto coelo errant Spiritus novi, qui rident baptismum et inveniunt novas vias. Sie heißen es ein Hundsbad. Nec mirum, illi habent solam aquam, nos autem etiam sanguinem.

'Et spiritus est, qui testificatur, quoniam Christus est veritas.' Iterum hic variant textus et possibile est, quod per errorem vox 'Christus' loco
 30 'Spiritus' sit posita in veteri translatione. Christus quidem venit per sanguinem et aquam sed adhuc unum addendum, quod, quantumcunque praedicatur, nisi adsit Spiritus, nemo recipiat hoc Euangelium. Ideo dicit Ioannes: 'Spiritus est, qui testificatur in cordibus nostris, quod Spiritus sit veritas'. Aqua est ibi et sanguis est ibi. Nunquam cessat ista distributio
 35 super nos. Quamdiu Euangelium servatur, durat ista distributio, sed non recipitur, nisi Spiritus adsit. Ista unica praedicatio et nulla alia est vehiculum Spiritus, immo verbum gratiae et salutis, sicut in Actis 10. 'Cecidit Acto. 10, 44
 Spiritus Sanctus super omnes, qui audiebant verbum.'

- 3] Unum est Euangelium, praedicat duo: sanguis et aqua distributa inter nos. Et in his duobus est spiritus, quia illis dat in cor, qui docent et qui audiunt. Christus venit in mundum per verbum, quod praedicatur et spiritus credit. Nostri spiritus: caninum balneum, sed non solum in aqua sed sanguine et spiritu. Spiritus, qui adducit Christum per aquam et sanguinem, Ille perhibet 'Quod spiritus'. Loquitur contra hypocritas. A multis contemnitur verbum, in quorum oculis praedicatio tota est merum mendacium, quia sunt sine spiritu, ut Sacramentariis totus Christi adventus per sanguinem et aquam est merum mendacium. Qui Christum non suscipiunt, ut hic scribitur, illi non habent spiritum, ideo totum mendacium. Sed ubi spiritus in corde, habet testimonium ab eo, quod hoc sit vere verum 'Spiritus' vel fidei, scilicet quando suscipio Christum per aquam et sanguinem, habeo conscientiam in corde meo, qui est spiritus et dicit verum. Fides est credere in Christum, quod fit per adventum verbi, quod praedicat baptismum et sanguinem, post sequitur: recipe. Recepto spiritu certa est plane conscientia, tum acquirit et invocatur. Fere idem sensus Ro. X. Nos simplicioribus verbis. Iesus quando praedicatur, sic praedicatur quod per baptismum et sanguinem suum redemit et toto tempore vitae per verbum distribuitur. Hoc audito venit fides per spiritum sanctum: est spiritus sanctus in aqua. Hoc recepto sequitur veritate certissima dicente hoc est verbum verum, hoc stante est victoria ibi.
- 5, 7 'Quoniam tres sunt.' Istum locum graeci non habent codices, videtur studio theologorum antiquorum adversus Arianos inepte insertus, si Analogia fidei respicitur. Ubi videtur deus, non opus testimonio, hic vero opus, habemus hic tantum in verbo nec volumus aliter habere, quando non est testimonium in coelo nec fides, quae sunt huius vitae. Relinquimus igitur

2 duobus] 2. darüber duobus zu 4 über caninum steht d: bap: [= dicunt baptismum] 18 venit o 20 verum o est (hinter stante) könnte auch testimonio sein 6. Hylari r zu 22 über adversus steht adiectus vi: [= videtur] vor inepte wiederholt 23 über videtur steht in celo

- p] 'Quod spiritus sit veritas.' Spiritus Ioanni Verbum dicitur per Metonymiam, quia a Spiritu Sancto est, Ioh. 6. Non enim vulgaris litera et verbum humanum est sed spiritu plenum. Dicunt Svermeri: litera nihil prodest, externae res nihil efficiunt. Contra hos loquitur Ioannes et Spiritum vocat verbum. Quando igitur pure praedicatur verbum, quod per baptismum et sanguinem nos redemit, tum audito hoc verbo de sanguine et aqua Spiritus testatur hoc verbum esse ex spiritu veritatis et ipsam veritatem. Tum recepto Spiritu cor est certum et habet fiduciam.
- 5, 7 'Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in coelo.' Non sic habent Graeci libri, sed videtur a Catholicis insertus hic versus propter Arianos et

3] hunc textum. Et sequens textus cludit hunc locum. Et cavillari possum facile, quod non ineptior locus pro Trinitate.

‘In terra: spiritus, aqua et in unum sunt.’ Teutonice nos: Und die 3, 8
3 ding gehörn zu hauß. Acto: hauß, zu samen, yn eins erant discipuli, 2. Cor. 2, 1
5 quia non realiter una res istae tres, sed gehören zu hauß. Ut 1. Cor. 3, 1. Cor. 3, 1
Dixi Christum venisse ad nos per Euangelium, quia per illud praedicatur
sanguis et aqua, dispergitur in nos et hoc fit per spiritum sanctum, ergo
müssen die 3 ding zu samen, quia aqua non potest praedicari absque san-
guine, quia sanctificatus sanguis, deinde sanguis non datur sine baptismo,
10 deinde ista duo non veniunt ad nos nisi spiritu sancto auctore. 1. Pet. 2, 1. Pet. 1, 12
‘misso spiritu sancto de celo’. Ille perhibet testimonium de me. Ergo
illa 3 non possunt separari et faciunt unicum testimonium haec tria. Summa
summarum: testimonium dei in mundo est aliud nihil quam Euangelium et
habet triplicia. Non est mortua litera sed quando spiritus sanctus vocaliter
15 loquitur de baptismo et sanguine pro nobis effuso et in baptismo in nos
disperso i. e. Euangelium est vocalis praedicatio spiritus sancti, qua prae-
dicatur baptismus et sanguis etc. Et illa tria dant testimonium de Christo
i. e. nos nesciremus Christum, opus fuit verbo, ad quod tria requiruntur et
sunt: spiritus sanctus praedicat Euangelium, quod est praedicatio Christi, ut
20 compleatur hoc testimonium erga nos. Nunc vide, quam lacerent istum
textum et separent haec tria. Iohannes coniungit. Sepissime scripsi in
baptismo non solam aquam ut hic, sed non audiunt, sed dicunt nos docere
aquam iustificare sed dico non solam aquam. Sic non solam vocem illam
docemus sed dico: aqua per se est simplex res. Sed inquit: Non per
25 solam aquam. In baptismo est sanguis, est spiritus. Quomodo sunt unum?

10 1. Pet. 2.] Pet. 2. darüber 1.

p] tamen minus apte, quoniam non de testibus in coelo sed in terra passim loquitur.

‘Tres sunt, qui testimonium dant in terra: spiritus et aqua et sanguis, 5, 8
et hi tres unum sunt.’ Graece: in unum sunt, Germanice: und die drey
30 dinge gehören zu sammen. Aqua et sanguis non realiter una res, multo
minus spiritus, sed sunt in unum, sie gehören zusammen. Sicut Paulus: qui
plantat et qui rigat, unum sunt, 1. Cor. 3., sie thun’s zusammen. Ita non 1. Cor. 3, 1
potest praedicari aqua sine sanguine. Nec sanguis Christi datur sine aqua
baptismi. Praeterea sanguis et aqua non veniunt ad nos nisi Spiritu Sancto
35 autore, qui est in verbo. Ergo illa tria non possunt separari, sed faciunt
haec tria unum. Nunc videte, quam misere lacerent hunc textum miserabiles
illi Spiritus. Ioannes unum haec tria facit, illi separent. In baptismo est
sanguis et spiritus. Si baptisaris aqua, spargitur sanguis Christi per verbum.
Si baptisaris in sanguine, simul lavaris Spiritu Sancto per verbum. Ergo

2] Non respicio aquam, sed quia inspersus sanguine, scilicet per verbum, quia
 praedicatur mihi, quod si baptizor in aqua, quod per Christi sanguinem
 salvor. Et spiritus sanctus praedicat et applicat mihi verbum Christi et
 seipsum. Ergo misere corrumpunt istum textum. Ipsi dicunt: aqua, sanguis
 hic accipiuntur spiritualiter, sed non separanda sed concurrunt et complent
 mihi in corde testimonium. Aqua sumitur per spiritum sanctum et inspergit
 errorem Christi per verbum, quia inquit spiritus sanctus: tantum adest aqua,
 quam vides, sed adest sanguis Christi, qui copulatus invisibiliter. Si bapti-
 zaris in aqua, perinde est, ac si in sanguine et econtra. Lavor aqua, quod
 videtur, simul etiam sanguine: non video sed per verbum scio. Adest
 semel spiritus sanctus, per quem etiam lavor. Ergo aqua non symbolum,
 quia spiritus sanctus non est symbolum sed vita. Ideo usus Iohannes his
 verbis propter futuros illos spiritus. Apud incredentes non sunt pura
 ista tria. 'In terra' Quia est testimonium, per quod venit Christus ad nos
 spiritus sanctus quotidie praedicat, quae praedicatio est de aqua et sanguine
 et spiritu sancto. Quoniam isti abiiciunt testimonium, quid habent? nihil, non
 habent fidem victricem, ergo sunt victi, incerti. Idem sanguis, qui effusus
 et praedicatur, fuit naturalis aqua et sanguis, sed quando dispergitur, venit
 ad nos Christus, sic credimus, vincimus, salvi sumus.

5. Novemb:] Audivimus in hoc capite modum, quo venit ille ad nos, ille
 spiritus victoriae nostrae contra mundum, nempe hoc testimonium i. e. ver-
 bum, Euangelium. Qui aliunde ascendit, petit modum invenire, quo acquirat
 fidem, errat, Ro. X. 'auditus per verbum', quod praedicatur missis apostolis,
 ut nihil agant Sacramentarii, qui verbum vocale x., qui ista 3 testificantur
 mundo et hoc non possunt testificari nisi verbo vocali, ergo nullum aliud

11 semel] *sicher nicht* simul 13 non o 14 ad *fehlt* 17 incerti *oder* in-
 certitudine 19 *über* vincimus *steht* et sic 20 ille ille *darüber* ad nos

p]ista tria in unum testimonium accipienda sunt. Nam haec tria perpetuo se
 comitantur et fit per verbum quotidiana immersio ac perpetuum baptisma,
 perpetua effusio sanguinis Christi et Spiritus Sancti, continua purgatio pec-
 catorum. Quanquam enim semel mersi sumus, tamen quotidie durat baptis-
 mus, donec integre abluti sumus et 'sistimur Deo Ecclesia gloriosa', ut
 Paulus ait: Christus dilexit Ecclesiam et seipsum tradidit pro ea, ut illam
 sanctificaret mundans lavaero aquae in Verbo, ut exhiberet ipse sibi Ecclesiam
 gloriosam, Eph. 5. Sic mundati sumus per sanguinem, aquam et Verbum
 spiritus et sic salvi sumus.

Audivimus in ultima lectione modum, quo venit ad nos fides seu Spi-
 ritus victoriae nostrae, nempe per testimonium, id est, Euangelium seu Ver-
 bum. Qui aliunde quaerit iustificari, sese decipit. Verbum vocale prae-
 dicatur missis apostolis. Nihil egerunt in mundo, immo testificati sunt
 quam Verbo. Sic Spiritus hodie non aliter testificatur quam per Verbum

23] medium quam verbum. Exhortatur, ut in isto hereamus testimonio et illo contenti simus. Ergo robustis argumentis replet suam exhortationem, ut retineamus, primum a similitudine vel potius exemplo dicens: 'Si testi- 5, 9 monium', a minori arguit. Vult dicere: Videte, tradidi vobis modum parandae fidei: verbum, quod appello testimonium, curate, ut observetis hoc testi- 5 monium, quod omnia minus impugnat Satan praeter hoc fundamentum, quia hoc destructo nihil potest remanere, dirigit huc omnem armaturam. Ideo apostoli tam fortiter hoc testimonium urgent. Nos credimus testantibus hominibus non solum verum et bonum sed etiam falsum, quia scriptum: 'in ore 10 duum?'. Hoc est ratum etiam apud gentes, hoc, inquit, accipimus. Si igitur credimus hominum, quanto magis dei¹⁾. Quid sunt omnes, si comparantur cum deo? Una syllaba de dei testimonio 20. Nec solum accipimus testimonia inepta, sed prompti sumus accipere falsa. Ibi provocaris ad credendum, ut sunt testimonia detractorum, haereticorum. Credimus facillime 15 seductoribus, detractoribus, cur non magis testimonio dei? Ardens locus ab isto exemplo. Si est recipiendum aliquod testimonium, certe divinum, sed contrarium accipimus. Ergo invertite, inquit Iohannes. Simile quasi exemplum ad Gal. 'Si testamentum hominum nemo spernit' 20. 'Maius' ideo maiore Gal. 3, 15 studio fide recipiendum et servandum, 'quia hoc' loquitur de testimonio non 20 legis, quod per Moysen praeteriit sed traditum a deo, cum testificaretur de filio.

11 hominum] oder homini? dei sicher zu 17 über exm̄ steht argumen/tum

1) erg. testimonio.

¶ Apostolorum. Procedit igitur Ioannes more suo et exhortatur, ut fidem habeamus et tenaciter adhaereamus huic verbo ut testimonio, ad quod omnia cetera concurrunt.

'Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est.' Ar- 5, 9 25 gumentatur a minori ad maius. Quandoquidem tradidi vobis parandae fidei viam, curate nunc et servate hunc modum. Omnia enim minus impugnat Satan quam testimonium hoc. Nam huc dirigit omnem armaturam, ne servemus hoc testimonium. Nos accipimus testimonium hominum, id est, credimus testificantibus hominibus, ut in lege dicitur 'in ore duorum aut 30 trium veritas', Deut. 17. Quid vero sunt universa hominum testimonia 3. 20 cor 13, 6 comparata testimonio Dei. Non solum accipimus testimonium hominum, verum prompti sumus accipere testimonium etiam haereticorum, credimus detractoribus 20. Quare non multo magis accipimus testimonium divinum? Haec est miseria nostra, qui credimus testimoniis hominum. Argumentum 35 simile ad Gal. 3. 'Homini confirmatum testamentum nemo spernit.'

Gal. 3, 15

'Quoniam hoc est testimonium Dei, quod maius est.' Loquitur de isto testimonio, quod nos vobis annuntiamus.

'Quia testificatus est de filio suo.' Universum officium nostrae prae-

N] Universum officium nostri ministerii est, ut Christus suscipiatur. Nullus hereticus, qui non petat hoc testimonium. Mille speciebus Satan sensus hereticorum fallit, sed tamen¹ ut tollant hoc fundamentum. Negant in Sacramento nostri Schwermeri, quia eius verba negantur, ergo falsa, es ghet über das testimonium. Si sinimus eum manere filium dei, statim credo omnia verba, quae dicit, Credo baptismum &c., quia credo filium dei non mentiri.

5, 10 'Qui credit in filium.' Ibi declarat, quid sit recipere hoc testimonium arguens a loco commodi vel utilitatis i. e. qui recipit in cor testimonium dei de filio suo, ergo fide: Sic, inquit, accipitur testimonium. Si credimus filium dei, habemus testimonium.

'Qui vero non.' Inutilibus verbis videtur effluere, sed necessaria, locus a periculo, quoniam horrendum periculum, imo flagitium non suscipere filium. Ille facit horribilia et tremenda dictu, quod deus dicitur mendax. Et tanta facilitas Schwermeri faciunt deum mendacem, ut sint ipsi veriores. Dicunt nos deserere, relinquere elementa mundi et converti ad pietatem et hoc verbo indicant se plenos diabolis. Hanc pietatem nolo nosse, quae nititur in blasphemiiis dei. Non sunt elementa mundi 'Accipite, comedite' &c. ibi filius loquitur aut est ibi corpus Christi verum, ut dicit filius, vel nos mentimur vel ipsi, si ipsi, faciunt deum mendacem et deum.² Et cum constituunt diabolum in locum maiestatis divinae et econtra et sic deum spoliant divinitate, quia tollunt veritatem ab eo, ablata divinitate est eum facere diabolum.

3 tamen] tñ 8 in cor o 15 deserere c aus descere 18 mentitur

¹) tñ vielleicht für tñ [= tantum] verschrieben ²) et deum = und zwar (man denke) Gott! Oder deum für diabolum [= diabolum] verschrieben?

p] dicationis est, ut statuamus hoc testimonium de filio Dei in cordibus hominum, sed Satan omnes ludificationes eo dirigit, ne sit Christus ille filius Dei. Sic Syvermeri negant Christum, quia negant eius verba. Hoc igitur testimonium Ioannes unice urget, ut credamus Christum esse filium Dei. Quod si hoc credo, iam credo Deum esse veracem in verbo et non mentiri.

5, 10 'Qui credit in filium Dei, habet testimonium in se.' Ibi declarat, quid sit accipere testimonium, scilicet credere. Nam qui accipit testimonium Dei, is credit in filium Dei, qui respuit, non credit nec habet testimonium de Filio in se.

'Qui vero non credit filio, mendacem facit eum.' Multis et inutilibus verbis videtur Apostolus uti, sed necessariis. Dicit, quam magnum periculum sit non recipere filium. Facit enim mendacem Patrem, quod horribile. Syvermeri faciunt mendacem Deum Patrem, saltem ut ipsi sint veraces. Videtis, ut ipsi doceant. Ipsi quidem speciose urgent, ut relinquentes omnia solum Spiritum profiteamur et relinquentes elementa mundi soli pietati inhaereamus. Hoc fucio verborum illudunt. Porro, illa verba 'hoc est corpus

3] Et e contra error ipsorum est diabolus, mendacium et constituunt in locum dei. Levia peccata volumus ut offensiones in proximum, Sed quando est quaestio de testimonio divino, ibi sit certus, nihil statuatur incerti, ut Schwenkmeri prorumpentes et mendacium suum statuentes. Qui non est certus se
 5 dicere verbum, dicere libentius debet se praecipitare ex turri. Ergo magni periculi res non credere filio, quia idem ac si quis diceret in os patris: tu mentiris, non verax es. 'Qui non credit.' Arrius, Cherintus, fecerunt sic omnes heretici, quia filio non credunt et hoc idem est quod non credere testimonio patris de filio. Verba simplicia sine figura 'Hoc est corpus' &c. vel
 10 monstrent evidentibus scripturis, sed non possunt. Ibi Christus loquitur, huic filio non credunt hoc ipsi. Quod filio non in omnibus suis verbis, negant patrem et testimonium patris, quod dedit de filio. Et enim potius dicunt filium diaboli, qui attulit mendacium. Sic omnes heretici in unum irruunt in hoc testimonium. Si non verax sententia, ergo locutus est diabolus.
 15 Oretis quisque pro se, sinus potius adulteri, homicidae, retineat nos saltem in hoc fundamento. Antichristi non redeunt, quia ceciderunt irreparabili casu et luciferi, quia defendunt. Orandus deus, ut auferat a me peccatum gloriae vanae et servet in puro verbo. Tibi soli gloria, maxter uns recht wol, ne ascendamus in sedem dei, deum zu meistern.

zu 1. ut patres regulas constituerunt sed servaverunt fundamentum &c. 3. incerti] certi
 19. meistern] meistern

p] 20 meum? non sunt elementa mundi. Deum mendacem facere est Deum spoliare divinitate, ablata vero divinitate est Deum facere diabolum. Scipsuum facere veracem est se Deum facere. Ista sunt horrenda, quae concutiant illum, qui non est certus se divina docere, maxime in doctrina ista fidei. In operibus non est tam periculosum cespitare. Si enim salvum maneat fundamentum,
 25 poteris resurgere. At magni periculi res est non credere in filium, quia est in os Patri dicere: tu mentiris. Negare Dei veritatem est negare Divinitatem. Filium non credere est idem quam non credere testimonio Patris de Filio, sicut Ariani faciebant et Cerinthus. 'Accipite et comedite' sunt verba simplicissima et absque omni figura ibi Christus loquitur. Et
 30 huic verbo tamen non credunt. Negant ergo Filium, quia, quando dico: hoc non est verum, quod dicis, simul dico: non est verum te esse Deum. Sic omnis haereticus offendit in istum lapidem offensionis. Si enim aiunt: Illa verba secundum literam sunt falsa, tum ego: Ergo diabolus locutus est. O miseri, Unser Herr lässet euch fallen. Er bewahre uns nur den Weg, das
 35 wir hierinne nicht mit fallen. Ubi tenebimus fundamentum et testimonium, tum facile resurgemus ex omnibus sceleribus. Qui graviter alias peccant, illi id aliquando agnoscent et remedium invenient. Sed ubi non cognoscitur error et peccatum, ibi non est remedium. Summum periculum animae. Hütet euch davor.

- 33] 5, 11 'Et hoc testimonium.' Alius locus exhortationis a commodo, prior a periculo, damno. Si susceperitis deum, hoc lucri habebitis, nempe vitam aeternam. Testificatus, inquit, de filio suo. Quid affert hoc testimonium? Non otiosum testimonium sed seria res. Non testificatur de filio suo, ut gloriam suam ostendet et nos irrideat. Non dixit: Ego sanctus, vos peccatores, sed ut qui credant testimonio patris de filio, habeant vitam aeternam. Res magna agitur hic. Quid urgemus hoc testimonium? quia *leht macht dran* ut verax maneat deus per hoc testimonium, et nobis prodest, ut habeamus vitam aeternam et morte aeterna eripiamur per hoc testimonium. Simpliciter loquitur sed inestimabilibus verbis. Omnis doctor falsus aufert divinitatem et facit diabolitatem, tollit verum deum et sic causa est, ut deus verus adoretur pro Satana et econtra. Ubi sustulit divinitatem, abstulit et vitam aeternam et mortem infert, aufert deum ex cordibus et statuit diabolium. Horrendi fructus falsae doctrinae. Ergo non pestilentior res quam malus doctor. Hoc ipsi non cogitant, ergo ambulant sine timore et loquuntur cum
 1. Petri 1, 12 audacia, ut Petrus: nos oramus, ut ambuletis in timore. Quomodo dabit vitam aeternam? Num sine medio, ut equitemus super nubes? Non, sed haec vita est in filio eius, filium dat non nisi testimonio. Si ergo vis aeternam vitam habere, oportet filium habere, si hunc, oportet testimonium habere. Ergo nostra vita est nihil velle spectare, quam dei testimonium et credere huic x. Hic locus ergo arguit Christum verum deum, quia si in Christo vita aeterna, oportet naturalis sit deus, quia nulla creatura dat sibi-ipsi vitam. Omnia ex nihilo fiunt. Si ipse potest dare et esse vita aeterna, oportet sit deus et naturalis deus. Locus contra Arrianos. Sed eluserunt egregie ut nostri Sacramentarii 'hoc est corpus': Sunt vera ista verba sed recte intellecta. Sic Arriani: perfecta creatura est Christus x. Sed quomodo potest vitam dare, qui accipit? ergo non habet in se? Sic est creatus,

12 Ubi *e aus* Si

- p] 5, 11 'Et hoc est testimonium, quoniam et haec vita in filio eius est, qui vitam aeternam dedit nobis.' Hic locus exhortationis a commodo est, sicut prior a periculo et damno. Si susceperitis hoc testimonium, habebitis vitam aeternam. Non est simulatio seu hypocrisis sed seria res, non testimonium, quod ostendet gloriam suam sed quod ei, qui crediderit testimonium Patris de filio, det vitam aeternam. Ideo tuemur hoc testimonium. Denn daran ist mächtig gelegen, ut servetur divinitas Christi, deinde ut nos habeamus vitam aeternam. Omnis falsus doctor tollit Divinitatem et facit diabolitatem et constituit diabolium loco Dei. Ergo omnis falsus doctor est causa idololatriae et aeternae condemnationis. Nam falsus Doctor tollit Deum et omnem hominem, quantum in ipso est, non quod Deum naturaliter tollat sed ex cordibus hominum. Ideo de his dicit Petrus, quod audaces sint et non

3] ut possit dare vitam. Auxentium lege, qui fuit ante Ambrosium, qui fuit Arrianus. Iisdem verbis utebantur quibus catholici, sed habebant tropos suos, quibus Arrianorum discipuli intelligebant Christum filium sed non naturalem, substantialem. Si nostri: 'hoc est corpus meum'. Qui audit eos, dicit catho-
 5 licos &c. Si vita aeterna in filio, oportet sit deus, quia vitam non dat, nisi sit substantialiter vita: qui accipit, oportet sustentationem habeat ab eo, qui dat.

'Qui habet' dilemma: Qui non credit filium dei, damnabitur, e contra 5, 12
 salvabitur. Etiam locus a commodo. Est credere testimonio patris, oportet nos incumbere, immori, indormire testimonio. Deus est quidem ubique, tamen
 10 non cognoscitur nisi per medium. Nolite speculari, concipere, comprehendere deum, *fried* intus testimonium, per quod voluit nobis notus fieri. Non vult nobis visibiliter apparere ut apostolis. Per verbum vestrum, inquit, credent *Joh. 17, 20*
 in me. Non velle contentum esse isto testimonio, quo venit ad nos et habi-
 tare vult nobiscum, est deum tentare, et diabolus est *inter*¹, quod aliter
 15 quaeris deum quam per testimonium, et statim habes diabolium. Si mihi ostenderet mira, non crederem. Martinus diu herebat, an adoraret Christum: Christus meus non dixit se venturum &c. Si alii accidisset, adorasset statim. Ibi claudendi oculi et apprehendendum testimonium. Sic frater quidam in
 deserto, cum apparuit angelus et dixit orationem exauditam: Ego, inquit, non
 20 sum dignus, ut dominus ad me angelum mittat. Hac humilitate confusus abiit. Ego nulli somnio vel visioni credo. Ebre. 2, vide illic, ego simpliciter credo *Joh. 2, 1*

9 *immorj oder immerf* [= *immersos*] zu 10 Ita argumentatur cavillatur &
 14 *inter*] *victor möglich* zu 19 *über angelus steht* Satan in specie

¹) = *der Teufel ist (steht) drunter*, *vgl. 788, 25.*

p] metuant introducere sectas blasphemantes, 2. Petr. 2. Quomodo igitur dedit 2. Petr. 2, 10
 vitam aeternam? Hanc vitam in filio suo dedit:

25 'Qui habet filium Dei, habet vitam, qui non habet filium Dei, vitam 5, 12
 non habet', ergo si vitam aeternam habere vis, oportet, ut filium habeas.
 Si Filium habere vis, oportet, ut testimonium Patris habeas de filio. Et ita
 tota vita nostra est inherere testimonio Patris de Filio. Si vero veritas
 est in Filio et si Filius est vita nostra, necesse est illum esse verum Deum.
 30 Sed quemadmodum Syverneri nunc effingunt glossas, ita quondam Ariani
 in Epistola quadam, quae in speciem maxime est catholica, omnia tribuebant
 Filio Dei sed negabant substantialiter esse Deum. Lege Hilarium in libris
 de Trinitate. Qui accipit vitam ab alio, illum oportet habere substantiam
 ab eo, a quo vitam accepit. Nemo damnatur, qui hominem non credit, sed
 35 qui non credit in Filium Dei, damnabitur et qui credit in Filium Dei,
 salvabitur. Ergo verum oportet esse Deum, in quem credimus. Non est
 quaerendus neque cognoscendus Deus nisi per testimonium, quia non velle
 esse contentum isto modo, quo Deus vult a nobis inveniri, sed quaerere

3] textui. Ipsi iactant spiritum et Satan dabit eis sat spiritus, vos apprehendite testimonium, de hoc verbo *wol wir uns nicht lassen reißen*, si universum coelum miracula plueret. Sicut olim in Papatu crediderunt apparitionibus diabolicorum spirituum, sic iam Schwermeri. 'Habere' est credere. Vides pium apostolum valde sollicitum pro servando integro et sincero testimonio, 5 quia illo perduto vita, filius, pater perditur sed acquiritur diabolus cum morte. Deus convertat Schwermeros, qui ita contemptim loquuntur de verbo vocali, cum non sit alia via &c.

5, 13 6. Novemb: 'Hec scribo vobis, ut sciatis et ut credatis.' Hoc agitur, inquit, 10 universis nostris doctrinis, exhortationibus, ut certo fiat vos habere vitam aeternam, quia cor angustum et angusta bona, ut cor non capiat, nisi cotidie 15 Rom. 8, 26 exercetur et verbo et cruce, ut reddatur capax. Epistola ad Rom. 'Nescimus, quid oremus, ideo spiritus'. Maiora nobis data, quam homo concipiat. Quis concipit fideliter se habere vitam aeternam? Vix capimus transitoria, taceo stabilia et aeterna. Nobis donatus spiritus, ut sciamus &c. Nosse, scire, 20 quanta donata, est spiritus sancti opus. Nulla re proficitur ad ista consequenda et percipienda quam per verbum et crucem. Debeo credere vitam aeternam et video, palpo, quod morior, sepelior, consumor a vermibus. Contra hunc sensum hominum omnium debeo mihi persuadere, quod vivam inaeternum, et tamen verum: qui credit in Christum, non solum habebit sed iam 25 Job. 5, 24 habet, Ioh. 5. 'transivit'. Et cum omnis Christianus iam habet vitam aeternam, sed in fide alito contra omnem sensum et experientiam. Hoc est, inquit, quod hec scribenda, inculcanda, ut crescat illa certissima persuasio vitae aeternae, quam habemus in Christo. Haec est doctrina tam ardua, ut semper

2 reißen] reißen

11 cor angustum cor et

12 ad fehlt

p] proprium modum et praescribere est non Deum sed diabolum invenire. Nos 25 debemus esse solliciti pro hoc testimonio servando, ut hic Apostolus sollicitus est, scientes periculum et commodum.

5, 13 'Haec scribo vobis, ut sciatis, quoniam vitam habetis aeternam.' Hoc agitur, dicit Iohannes, universis nostris doctrinis et exhortationibus, ut persuasa sit conscientia nostra habere nos certam viam cognoscendi vitam 30 aeternam, quia nimis angustum est cor nostrum, ut non possit intelligere neque capere haec Dei bona, nisi continuo moneatur et exerceatur. Non enim 'oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit, quae prae- 1. Cor. 2, 9 paravit Deus his, qui diligunt illum' 1. Cor. 2. Vix capimus haec terrena et transitoria, quanto minus coelestia. Ideo nobis donatus est Spiritus, ut 35 sciamus, quanta a Deo donata sint nobis. Nulla autem re tantum proficitur ad ista intelligenda quam assidua exercitatione et cruce. Contra manifestum enim sensum omnium hominum debeo credere et esse certus me vivere debere inaeternum, cum tamen interim me video consumi a vermibus, immo

- R] exereenda et cruce et vexationibus paranda. Ro. 15. 'quae x̄c., ut per patientiam et consolationem'. Illa 2 pulchre concordant. Ideo scripta scriptura, ut doceantur. Pavor, timor, fuga, tremor et tenebrae, et tamen credendum in istis nos vivere. 'Ut sciatis.' Vult intelligi de ista augmentatione fidei, ut
 5 quotidie crescamus in scientia certa et persuasione: ut amplius non dubitetis, trepidetis sed habeatis certam cognitionem vos vivere. Et deinde, ne amplectamini aliam viam, quasi perducatur ad vitam aeternam. Hic rursus, Schwermeri, hic dicit se scribere. Scriptura est, quae scribitur in chartam, Ipsi: spiritus x̄c. Iohannes inquit: Ego scribo. Certe loquitur de literis, quas
 10 fecit in papyro et ideo, ut sciant, servent. Epistola medium, instrumentum, quo pervenimus ad illam noticiam fidemque. Sic Ro. 15. 'consolationes Scripturae', non dicitur 'spiritus'. Verum, sed consolatur per scripturas. Instrumentum ergo volentes abicere verbum externum. Si scriptura hoc efficit, quanto magis viva vox. Et in Iohannis Evangelio in fine dicit quod
 15 quae de scribere, quod servit, 'ut credatis in nomine' x̄c. Nos manemus in ista simplicitate, quod Christus venit per testimonium, quod venit per Scripturam et verbum vocale. 'Omnis scriptura divinitus' et alibi: 'quae te erudit'. Item alibi: 'attende lectioni', denique, ut legas biblia. Quare iubet, si
 20 literis, quare vexant alios labore, quem ipsi contemnunt in se? 'Rogo pro

6 cognitionem] cog [also cogitationem möglich] 15 servit] f̄s t [was auch significet bedeuten könnte]

- P] non solum habiturum sed habere vitam aeternam. Nam 'qui credit in me, habet vitam aeternam', Ioh. 3. Sed quia id est mysterium difficile, ideo continuo hoc tractandum, ut retineamus illud et in fide crescamus. Non est ut Geometrica scientia, quae semel percepta sufficit, sed haec assidue
 25 discenda sunt et nos esse debemus in usu discendi per tribulationes. Sic Paulus vult Rom. 15. 'ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus'. Timor, tremor, tenebrae sunt in nobis et tamen credere debemus in tantis tenebris nos vivere. Vult ergo Ioannes, ut sciamus et amplius non dubitemus neque trepidemus sed habeamus certam scientiam nos vivere
 30 et crescere in fide. Deinde ne aliquis nos decipiat, iterum contra Syvermeros Ioannes se dicit scribere. Litera illis res est mortua in papyro. Ioannes autem dicit 'Ego scribo vobis', quia Scriptura servire debet ad hoc, ut Epistola sit medium et vehiculum, quo venitur ad fidem et vitam aeternam. Sic enim Ioannes Evangelii capite ultimo dicit: Haec scripta sunt, ut credatis
 35 datis. Hoc igitur sciamus testimonium Dei non venire ad nos nisi vocali voce aut scriptura. 'Omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est'. 2. Tim. 3. 2. Tim. 3. 16 et 'Ab infantia et possunt instruire ad salutem per fidem', item 'Attende lectioni', 1. Tim. 4. Quare iubet legere, si est res mortua? Cur illi ipsi edunt et scribunt libros, si litera nihil valet neque prodest? Cur nobis alios

3] eis, qui credituri sunt' per quid? 'per verbum illorum' i. e. apostolorum. Et hoc fuit vocale non internum. Primum docemus, ut legatur, audiat verbum, lecto venit spiritus sanctus, ubi voluerit. Non omnes recipiunt: non omnes contemnunt, ergo impossibile verbum sine fructu doceri. Nam non omnes contemnunt. Propter non contemptores et qui edificentur verbo, praedicandum. Scriptura semper est scribenda, legenda, meditanda corde. Quando audit Satan verbum dei legere, non manet. Habet quidem verbum in ore sed depravato sensu, quando in legitimo sensu π . Ergo vis divina in eis: hoc scribo ideo, ut prosit vobis ad salutem, deinde ut credatis in nullum nomen sed filii dei, hactenus in nomina Sanctorum, meum proprium, ut si missarem: hoc spectare deum, alii in operibus Francisci. Soli in Christi nomen credunt, qui in opera et merita fidunt, Et sua pro stercore π .

5, 14 'Et haec est fiducia.' Exhortatio institutis Christianis, nunc, quomodo debeant credere, diligere et quod hanc pietatem hauriant ex praedicatione verbo, praedicante spiritu sancto Euangelium, et quod in nulla salus nisi in statu, qui vocatur fides et charitas. Occupat: Sed sum infirmus in fide, in charitate frigidus, insensatum cor, quid mihi faciendum? sentio mihi deesse fidem, Matth. 7, 7 quod certo persuadeam mihi vivere me. Hoc remedium: ora, roga, Matth. 7. Jac. 1, 5, 6 Iacobus: Si quis indiget sapientia, postulet autem in fide. Reliquum est,

1 per quid σ 6 semper σ 10 Sanctorum] ζ

p] suis erudire volunt scriptis? Si dicunt Spiritum esse ante Scripturas et se habere primum Spiritum, deinde scribere, hoc nihil est. Sic enim ad nihil aliud utilis est Scriptura quam ad ostendendum. Audi Christum: 'Non pro eis rogo tantum sed pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me', Joh. 17, 20 Ioh. 17. Per verbum certe vocale aut scriptum, non internum. Itaque ante omnia audiendum et legendum verbum, quod vehiculum Spiritus Sancti est. Lecto verbo adest Spiritus Sanctus et sic impossibile est vel audire vel legere Scripturas sine fructu.

'Qui creditis in nomine Filii Dei.' Non in nomen nostrum sed in solius Filii Dei. Multi in nomen Benedicti aut Francisci, pauci in nomen Christi credunt, scilicet qui fidunt in opere solo, non meritis Christi.

5, 14 'Et haec est fiducia, quam habemus ad Deum, quia, quodcumque petierimus secundum voluntatem eius, audit nos.' Exhortatio est pro institutis Christianis, quomodo credere et diligere debeant et quod hanc pietatem habeant ex praedicatione verbo et quod non sit alius status vitae nisi in fide et charitate. Praeoccupat nunc: Quid, si frigidum habeam cor et sentiam mihi deesse hanc fidem? Hoc est remedium, dicit Ioannes: Roga, pete, et audiet te. Sic Iacobus c. I. 'Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter et non impropere, et dabitur ei.' Prae-

- 23] ut facias, ut orationibus. Paulus: 'Nihil solliciti sitis sed in omni', was auch ^{1 Pet. 4, 6} anfigt. Sie Augustinus: domine da, quod iubes et iube, quod vis. Sie nos: credendum est in nomine tuo, sed non est virium mearum, da ergo. Illam exhortationem ad orandum valde egregiam scribit. Primum excitat ad fidem: 5 qui credit, non persequitur, delectatur. Esto, nondum sint robusti in fide, habent tamen fidem, 'ut quicquid'. Primum est hoc: gratias ages, quod dei ^{1 Cor. 14, 31} tibi donum hoc, ut possis audire et ferre hoc verbum, et non audis libenter conculcari nomen Christi. Sunt primitiae spiritus et ideo habes fidem, quod certus sis de exauditione. Quando vult orare deum, non horas canonicas oret sed arripiat brevem orationem et saepe iteret et non diffidat, praesertim 10 si secundum voluntatem, quae est: unus deus, non iurabis etc. Hoc est voluntas eius, primum ut credamus in eum, speremus, timeamus eum. Vult nomen suum sanctificari, suum verbum impollutum custodiri. Oro ergo, quod vult et quo delectatur. Si sentio me laborare libidine, placet et ei castitas, 15 mansuetudo, suavitas cordis, displicet ira, odium. Ego debeo credere, ut nomen tuum invocem, ut serviam proximis, domine, adiuva. Sic cum fiducia orare possumus, quoniam secundum eius voluntatem oramus. Ibi fiduciam habemus, quod audit nos. Altera pars fiducia est 'cum autem sciamus', wenn 20 ^{1 Cor. 13, 12} wir das wissen, quod certo audita est oratio, tum certum est, quod postulationes habemus, quas postulavimus. Exemplum: Salomo cum oraret, vide,

8 Sunt *c. aus* est

- p] cipium ergo hoc est, ut orationibus te tradas. Sic Paulus 'Nihil solliciti sitis sed in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestrae innotescant apud Deum', Phil. 4. Item Augustinus: Domine, da, ^{1 Pet. 4} quod iubes. Ita et nos: Domine, da, ut credamus. Est ergo exhortatio ad 25 orandum, quam egregie describit. Primo excitat ad fiduciam, quae anima est precum, deinde modum praescribit, quomodo orandum tibi sit, ut petas, quod expedit secundum voluntatem Dei. Fiducia adsit de exauditione. Nam 'vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. Postulet ergo in fide nihil haesitans', Iac. 1. Qui ergo vere vult orare, non oret canonicas 30 horas sed breves orationes, ut David et Jeremias, sic tamen, ut persuadeatur se exaudiendum. 'Erit, antequam clament, ego exaudiam', Esa. 65. Tum ^{1 Cor. 13, 12} accipiamus eius promissiones et secundum voluntatem eius oremus. Si sentio me laborare et tentari libidine et scio voluntatem eius, oro, ut sim sine libidine, aut quicquid talium est, ubi certi sumus secundum voluntatem suam 35 nos orare. Habeamus fiduciam et certi simus, quod audiat nos.

'Et, si scimus, quia audiat nos, quicquid petierimus, scimus, quoniam ^{1 Cor. 13, 12} habemus petitiones, quas postulavimus ab eo.' Quod si hac fiducia persuasus sis, quod audiaris, dabit etiam id, quod petisti. Salomon cum oraret,

R] 1. Gen. 3, 9 quomodo eius oratio commendetur. 'Peto cor docile, ut possim regere.'
 II. 8. 10. 12 Placuit haec oratio ꝛ., quia non postulasti glorias, divitias' ꝛ., quia postu-
 lavit secundum voluntatem dei. Etiam promissionem habemus, quod orantes
 secundum voluntates quod audiamur. Modum, tempus statuere non debemus.
 In libertate maneat dei, quo tempore dabit, quo non, per quam personam. 5
 Abraae promissum semen de suo corpore. Ista promissio dilata fere usque
 ad 2. annos, patienter expectat, deinde imaginabatur forte filium: habebis,
 inquit, Sara, semen sed per aliam personam, ideo dedit ei ancillam. Persona
 est dicta per Abraham et Sara, sed non fit. Nato Ismaele non est filius, sed
 nominat personam de Sara et tum tempus definitur, postea definitur post 10
 circulum anni. Ergo non constituenda persona, modus, tempus sed certitudo,
 quod audita oratio si non secundum voluntatem eius et donatum ꝛ. sed
 tantum expecta patienter et non elige ista 3. Et Christiano valde satis est,
 quia contentus hoe, quod scit se habere propiciam patrem et preces gratas
 et suas voces ire ad conspectum dei et quod audiat, non repudiatur sed 15
 suscipiatur. Ergo exhortatur ad orandum. 'Si cui deficit fides, sapientia, oret
 et dabit ei dominus.' 'Habemus' scilicet si credimus in nomen. 'Scimus':
 Ipse audit et nos habemus et tamen non apparet immo contrarium, Sed finis
 declarabit, quod habemus. Exemplum: Cum liberaturus esset filios de manu
 Aegyptiorum Egressi de Ramesse et duxit eos in angustia, utrumque mon- 20
 tana, ante faciem mare, retro hostes, ubique mors, mors in montanis, quia non
 fugere possunt ꝛ. Est istud liberare: inter liberandum ducere in maius

zu 6 Exm r 10 (fili) personam

p] dicebat Deus: Postula, quod vis, ut dem tibi. Salomon autem ait: Dabis
 1. Gen. 3, 9-11 servo tuo cor docile. Placuit haec oratio, ut Deus diceret: Dabo tibi, quod
 postulasti, 1. Reg. 3. Quia postulaverat secundum voluntatem Dei, igitur 25
 auditus est. Modum vero et tempus statuere non decet. Abrahae promissum
 erat semen et filius de eius corpore, Gen. 13. 15. 18. Differebatur ista im-
 petratio fere viginti annos. Ille patienter expectabat. Sic etiam cogitabat
 Sara: forte non ex me sed ex alia. Itaque non constituamus Deo neque
 tempus neque modum exaudiendi orationes et donandi. Tantum patienter 30
 et diligenter expectemus, et hoc satis est Christiano, quia Christianus in
 hoc est contentus, quod scit se placere Deo et est persuasus, quod exauditur
 sua oratio, non repudiatur sed suscipitur, et haec est fiducia secundum
 voluntatem eius, ut supra dixit. Ecce dicit eos 'habere petitiones' et tamen
 non apparet, immo aliquando apparet contrarium. Sed exitus probat illos 35
 habuisse fidem et fuisse in gratia. Cum esset Deus liberaturus filios Israel
 de manu Aegyptiorum, duxit illos in angustias, ut, quocumque spectarent,
 mortem et interitum spectarent. Ibi ratio dicebat: Forsitan non erant

3] periculum? Ratio: 'num non sepulchra', dicunt secundum quod vident. Ibi 2 Thim 11, 11
 deest, quod non vident modum, tempus, personas sed secundum externam
 larvam mortem. Quid fit? Mare aperitur et transeunt. Iste modus non erat
 in cordibus ipsorum. Et potuisset in momento concidere hostes, deicere
 5 montes, sed istum modum arripuit. Sic nos, si oramus in fiducia, exauditi.
 Sed ista non constituenda. Sed dic: oravi et scio audivisse, tu dabis, quando,
 ubi et per quos volueris et meliori modo quam postulo, quia quidam postu-
 lant vitam et dat melius. Sic quando aegescit morbum membri, relinquit
 in paupertate, quia scit melius ei re. Christiani si deficiunt in fide, petant,
 10 si non statim exaudiantur, venit tandem. Bernardus: Nolite contemnere
 orationes, quia ubi orastis, est scriptum in coelis. Non contemnendae nostrae
 orationes, quia deus neque angeli ecclesiam contemnunt, sunt mandatae a
 deo, ergo placent ei. Sicut placet deo, si propter deum in charitate do-
 proximo tunicam, Sic non dubitandum, quando oro, quia iubet et promittit
 15 exauditionem. Nos non scimus et didicimus orare sicut nec benefacere nisi
 psalmos legere. Nullus clericorum orat, legunt quidem, quia nullus dicit:
 tu iussisti, orasti, tu promissisti, ideo venio et oro et propono in conspectum
 tuum in nomine tuo, quod me angustiat, et oro magna et multa pro omnibus
